QUid aũt iter nasci ꝛ ꝓcedere iterſit. de illa excellẽtissima nã loquẽs explicare ꝙs põt:Nõ.n.omne qđ ꝓcedit nascit:q̃uis oẽ ꝓcedat qđ nascit.sic nõ omne qđ bipes est hõ est : quãtis bipes sit ois ꝙ hõ est: hoc scio.distiguere aũt iter illã generatiõeꝫ ꝛ hãc ꝓcessionẽ nescio:nõ valeo:nõ sufficio. Ac ꝑ hoc:qꝛ illa ꝛista est ineffabilis. sicut ꝓpha de filio loquẽs ait.Gñatõeꝫ eiꝰ ꝙs enarrabit: ita de spũ scõ verissime dr̃. ꝓcessionẽ eiꝰ ꝙs enarrabit:Satis sit ergo nobis:qꝛ ñ est a seipso filiꝰ:ꝫ ab ipꝺo de quo natꝰ est nõ est a seipo spũs scũs:ꝫ ab illo de quo ꝓcedit:ꝛ qꝛ de vtroqꝫ ꝓcedit sicut iã ostendimus.De spũ scõ qũo ipse de deo sit:nec tm̃ ipse filius sit:qm̃ ꝓcedẽdo nõ nascẽdo legiꝫ esse de deo:iam superius quãtum visum est diſpurauimus.

¶An spũs scũs debeat dici ingenitus.

NUnc ꝙsiderãdũ ẽ cũ spũs scũs no sit genitus.vtrũ debeat dici igenitus. Ad qđ dicimus spũm scũm nec genitũ:nec igenitũ debere dici. Unde Aug.ad Orosiũ ait spũm scũz : nec genitũ:nec igenitũ fides certa declarat:qꝛ si diꝛerimus igenitum duos pr̃es affirmare videbimur.si aũt genitũ duos filios credere culpamur.Sicut.n.solus filiꝰ dr̃ genitꝰ: ita ꝛ solus

pater dr̃ igenit⁹:eo q ab alio nó sit. Vñ Aug. in .xv. li. de tri. Pater ingt solus nó ē de alio. tó solus appellat̃ igenitus:nó qdē i scripturis: ꝫ in ꝯsuetudie disputatiū: ⁊ de re tāta ꝑmonē qualē valuerit ꝓferētiū. Fili⁹ aūt de ꝑe natus est:⁊ spūs scūs de ꝑe ꝑncipaliter ⁊ cōiter de vtroq; ꝓcedit. Jōq; cū spm̃ scm̃ genituz nō dicamus:dicere tm̃ nō audemus igenitū ne i hoc vocabulo vel duos patres in illa trinitate: vel duos q nō sint de alio q spiaz suspicetur. Ecce bis verbis apte ostēdit spiri.san. nec genituz: nec igenitum debere dici.

¶ Q Hieronymus dicit spūssan. igenituz: qō videt̃ ꝓdictis aduersari.

Hieronymus tm̃ i regulis diffōnū cōtra hereticos spiri.san. dicit igenituz bis ẏbis. Spūs san. pr̃ nō ē:ꝫ igenitus atq; ifect⁹. pr̃ nō ē:q; ꝑris ē ⁊ i ꝑe ē. ꝓcessionē hz ex ꝑe ⁊ nō natiuitatē. Fili⁹ nō est: q genit⁹ nō ē. Ecce bis ẏbis dr̃ spi.san. eē igenitus qō vr̃ aduersari ꝑmissis ẏbis Augusti.

¶ Determinatio ꝑm diuersas acceptōes.

Sed vt istā q̄ vr̃ repugnātiā ꝺ medio abigamus. dicimus q Hiero. alr ac cepit nomē igeniti. ⁊ alr Augu. Accepit.n. Aug. igenitū q vl qō ab alio nó ē. ⁊ ꝑm hoc de solo ꝑe dr̃. Hiero. ẏo igenituz dicit nō genitū. ⁊ ꝑm hoc de spiritu scō pōt dici cū spiritus sanctus non sit genitus.

¶ Ex bis ẏbis Hiero. oñdit ex quo sensu dixerit spm̃ scm̃ igenitum.

Quod aūt Hiero. ita accepit oñdit ex ẏbis suis qb⁹ i eodē tractatu vtit faciēs talē diuisionē. Q ē qō ē aut igēitū ē: aut genitū: aut fcm̃. Est ḡ qō nec natū ē:nec factū. ⁊ ē qō natū ē ⁊ factū nō ē:⁊ ē qō nec natū ē nec fcm̃ ē. ⁊ ē qō factū ē ⁊ natuz nō ē. ⁊ ē qō factuz ē ⁊ natū ē ⁊ renatuz ē. ⁊ est qō factuz ē ⁊ natū ē ⁊ renatū nō ē. Hūc ꝓpositoꝝ singulis reb⁹ subsistētiā destinem⁹. Q ḡ nec natuz nec fcm̃ ē pr̃ ē. nō. n. ab aliquo ē: qō aūt natuz ē ⁊ fcm̃ nō est:fili⁹ ē:q a ꝑe genit⁹ ē: nō fact⁹ est:qō itez nec natū nec factuz ē spiri. san. ē:q a ꝑe ꝓcedit:qō ēt factuz ē ⁊ natuz nō est celuz ⁊ terra ⁊ cetera q̄ sunt isensibilia: qō aūt fcm̃ ⁊ natuz ⁊ renatuz ē hō ē:qō ẏo factū est ⁊ natū ē ⁊ renatū nō ē aialia sunt. Ecce bis ẏbis oñdit Hiero. se igenitum accipe nō genitum. alr. n. nō esset ꝑmissa diuisio ẏa. s. oē qō est aut igenitum aut genitum aut factum est. atq; in diuisionis bui⁹ ꝓsecutiōe in assignatione ingeniti ybiq; ponit non natum.

¶ Diuisio textus.

Postquā determiauit de ꝓcessiōe eterna spiri.san. q̄tū ad modus ⁊ ꝑn̄m:ꝺ determiat de ipsa ꝑ ꝯparatōez ad generatōz. Et dīdit̃ i ptes duas. In ꝑ⁹ ingrit vtz spi.san. ꝓcedens possit dici genit⁹ vt fili⁹. In z⁹ vtz possit dici igenit⁹. ibi. (Nūc ꝯsiderādū.) Prima in duas. Prio oñdit q spiri.san. ꝓcedēs nō pōt dici fili⁹. Scō ingrit dr̃iam gñatōis fily ⁊ ꝓcessiōis spiri.san. ibi. (Inter gñatōez vo) Circa ꝑmū duo facit. Primo ingrit vtz spiri.san. possit dici genit⁹. Scō cū nō dicat̃ genit⁹: ꝫ ꝓcedēs:q̄re fili⁹ nō tm̃ dr̃ genit⁹:ꝫ ēt ꝓcedēs. ibi. (Cū aūt spiri.san.) Utraq; ps dīdit̃ i qōnē ⁊ rnsionē. (Inter gñatōez ⁊c.) Dic ingrit dr̃iaz gñatōis ⁊ ꝓcessiōis. Et circa hoc duo facit. Primo determiat qōnē quātū ad id q scire possumus. s. q spiri.san. ꝓcedit ⁊ nō gignit̃. fili⁹ aūt ꝓcedit ⁊ gignit̃. Scō q̄tū ad id qō ꝑfecte scire ñ possimus: q̄liter. s. differunt ꝓcessio ⁊ gñatio: q cū vtrūq; sit ieffabile. vtriusq; modū plene ꝯprehēdere nō valemus. ibi. (Quid aūt iter nasci ⁊c.) (Nūc cōsiderāduz.) Dic oñdit q spiri.san. sicut nec genit⁹: ita nec igenit⁹ dici dz. Et ꝑ oñdit vitatē. Scō remouet obiectōez. ibi. (Hieronymus tm̃) ybi tria facit. Prio iducit ẓrietatē. Scō ponit solōnē. ibi (Sz vt ista) Tertio ponit solōnis ꝯfirmationē. ibi. (Q aūt Hieron. ⁊c.) ¶ Questio. I.

Ad itelligentiā bui⁹ partis q̄ttuoꝝ q̄runt̃. Primo vtz in deo sit aliq; ꝓcessio. Scō si est vtz sit vna tm̃ vl plures. Tertio q̄liter due ꝓcessiōes nominari debeant. Quarto. si spiri.san. q ꝓcedit nō dicat̃ genitus: vtruz debet dici ingenitus.

¶ Utz ꝓcessio sit in deo. I.

Ad primuz sic ꝓcedit: vr̃ q i deo nō sit ꝓcessio. Processio enī dicit motū quēdā ꝓcessiuū. ois aūt mot⁹ idigētie ⁊ impfectiōis ē. ⁊ deo nō ꝯpetit. ḡ i deo nō est ꝓcessio. ¶ Itē ꝓcessio dicit exitū vni⁹ ab alio. exitus aūt ē ꝑ distātiā exeūtis ab eo ex quo exit: cū igit̃ i diuinis psonis sit omnino idistātia: vr̃ q ibi nō sit ꝓcessio. ¶ P. ois ꝓcessio ē ab aliquo in aligd: ꝫ dīne psone cum sint per se subsistētes: nō sunt ab aliquo in aliquid. ergo videt̃ q nō conueniat eis procedere.

Contra. Jo. iꝯ. cū venerit paclitus quē ego mittā a ꝑe spiū ve. q a ꝑe ꝓceᵭ. ḡ ⁊c. ¶ P. in aia est imago trinitatis: ꝫ i aīa iuenit̃ noticia ꝓcedere a mēte:⁊ amoꝝ ab vtroq;: vr̃ ḡ q sit ꝓcessio ēt i dīnis psonis.

Respōdeo dōz: q ꝓcessio dr̃ dupl̄r. Uno mō dīc motū localē: q ꝑe est mot⁹ aialis motu ꝓgressiuo:⁊ talis ꝓcessio nō pōt eē i diuinis nisi metaphorice loquēdo. ꝑm silitudinē. n. talis ꝓcessiōis dr̃ dīna sapia vel bonitas ꝓcedere i creaturas: ꝑm q silitudinez suā gradatim efficit in illis: ꝑm quē modū q̄dā deo alys similioza sunt. Alio⁹ dr̃ ꝓcessio eductio ꝑncipiati a suo ꝑncipio:⁊ cum in diuinis personis vna sit ab alia. sicut a ꝑncipio ꝑ modum istū ꝓprie est ꝓcessio in dīnis.

Ad primuz q dōz: q ī creaturis q̄libz ꝓcessio ē ꝑ aliquē motū vl mutatōez: q nec aliqd localr̃ ꝓcedit nisi ꝑ motū. Nec aligd a cā sua egredit̃ nisi aliq; mutatiōe ꝯtīgēte circa ipz a quo egredit̃: si sit ō essentia ei⁹: vel saltē circa id qō egredit̃. In dīnis aūt est ꝯsigo vni⁹ psone ab alia sine aliq; mutatōe: vt supra ō generatōe dcm̃ ē: cū nihil ꝓdicet̃ de deo ꝑm id qō ipfectionis ē i ipso. ¶ Ad z⁹ dōz: q q̄uis i dīnis psonis nō sit distātia ꝑm locū: neq; ꝑm eētiā: est tm̃ distinctio i psonis ꝫ ꝓpietates psonales:⁊ ꝫ sufficit ad rōnē ꝓcessiōis. ¶ Ad

3m:q ꝓcessio localis est in aliqd.sicut in terminuz motꝰ: sed quod procedit a causa nō opz q in alterum ꝓcedat: ⁊ sic sumitur processio in diuinis.

¶ Utꝝ ꝓcessio diuina sit tm̄ vna. II.

Ad secunduz sic ꝓcedit:vr̄ q ī diuinis vna tm̄ sit processio.Sicut.n.pr̄nitas notat ꝓpetatē ozigis:vt a quo ē aligs:ita ꝓcessio vt q est ab alio:sz sm̄ pza dcm̄ ē:q ī dinis nō pōt eē nisi vna pr̄nitas.g̊ nec nisi vna ꝓcessio. ¶ P.ī oīb⁹ bm̄tib⁹ vnā nām in spē:nō ē nisi vn⁹ modus quo nā illa cōicaī.vñ ēt dicit Lom.s.phy.q mures g gn̄anī ex putrefactōe terre: ⁊ g gn̄ant ex semie nō sunt eiusdē spēi.Sz p ꝓcessionez ꝓsonaꝝ cōicaī nā diuīa q̄ ē vna tm̄ nō solū ī spē:sz ēt ī numero. g̊ nō ē nisi vn⁹ modus ꝓcessiōis in dinis. ¶ P.opōnes vel actus distinguunī adiuicē penes termios ⁊ penes p̄ncipia.Sz ꝓcessio ī dinis ē semp ab codē p̄n⁹:qz ois ꝓcessio est vtute nature ipsi⁹ ꝓducētis. est ēt ad eūdē terminū p ꝓcessionez acceptū:qz in ꝓcessiōe dina semp accipit dina nā.g̊ vr̄ q nō sit nisi vna ꝓcessio ī dinis. ¶ P.si sūt due ꝓcessiōes: aut dr̄iam bēbunt ex pte ēntie:aut ex pte relonū:cū nō sint pl̄a in dinis:sz ex pte ēntie nō iuenīt diuersitas nisi rōnis fm pl̄alitatē attributoꝝ.diuersitas aūt rōnis non cāt pl̄alitatē realē:q̄lē opz eē ꝓcessionz duaꝝ:fm quas due ꝓsone realr distincte ꝓcedūt. g̊ ex parte essentie nō pōt sumi realis diuersitas ꝓcessionū.similr nec ex parte relonū.relones.n.fm rōnem itelligēdi cōsequunī ꝓcessiones.eo.n.filius ē:qz a pr̄e ꝓcedit. g̊ videī q nullo mō possiunt esse ꝓcessiones plures in diuinis.

Contra. fm vnā ꝓcessionē est vn⁹ tm̄ ꝓcedēs:sz in dinis sunt due ꝓsone ꝓcedētes.s.fili⁹ ⁊ spi. sanct⁹.vt hēt̄ ī lr̄a.g̊ vr̄ q opz eē duas ꝓcessiones.

Respondeo dom:q qdā dicunt q iste due ꝓcessiōes realr distinguunī: nec oz q̄re re quo distinguanī:qz sunt p̄ma distinguētia ꝓsonas. sic nec q̄rimus quo distinguunī rōnale ⁊ irrōnale. ¶ Sz B nō vr̄ ꝓueniēs:qz gn̄atio ⁊ ꝓcessio nullā hm̄t oppōnez adiuicē:ois aūt distinctio formalis est fz aliquā oppōnē. Et ꝓterea ꝓcessio ⁊ generatio significanī per modū operationū.hoc aūt nō cōuenit vt p opatōes vel motꝰ distinguanī opantia vel opata:sz magis ecōuerso. Qz actiōes differūt specie fm formas agētiū:vt calefacere ⁊ infrigidare:⁊ motꝰ fm terminos. ¶ Et iō alȳ dicunt: q dr̄ia sumiī ex hoc q generatio est ꝓcessio nāe:⁊ ꝓcessio spiri.sci est ꝓcessio volūtatis. ¶ Sz hoc ēt nō cōpetit: qz voluntas ⁊ nā in dinis solū rōne distiguunī . vñ talis distictio realis distinctōis rō esse nōpōt:qz p̄ncipiū nō est debili⁹ p̄ncipiato. Et ꝓterea fm hoc ꝓcessio itellecꝰ fm quaz dr̄ vbū ēt alia a ꝓcessiōe nāe fm quā dicit filius. ¶ Et ideo dom:q in dinis nō pōt eē aliq realis distictio ⁊ pluralitas:nisi fm relones ozigis.Et ideo fm hoc nos oz inuestigare pluralitatē ꝓcedētiū ⁊ ꝓcessionū. Dico igit̄ fz hoc q ē in dinis aliq ꝓcessio fm quaz vna ꝓsona ꝓcedit ab vna:⁊ hec est ꝓcessio gn̄atiōis: fm quā fili⁹ est a pr̄e.⁊ iō dr̄ esse a pr̄e.⁊ iō p modum dr̄ esse nāe vel itellectus. ꝓcedit.n.vt fili⁹ ⁊ vt vbū:qz in vtroq; mō istaruz ꝓcessionū.s.nāe ⁊ itellectus est vni⁹ ab vno ꝓcessio. ¶ Jtē ē aliqua ꝓcessio in dinis q̄ est simul a duobus.s. ab eo q ꝓcedit:⁊ ab eo a quo ꝓcedit.⁊ hec distinguit a p̄ma fm ozigi nem:qz ista scōa ꝓcessio est a ꝓcedēte fm ꝓcessionē ꝓdictā que est p modū nāe.⁊ ide ē q ista ꝓcessio dr̄ per modum volūtatis esse:qz p ꝯsensuz ex duob⁹ volētibus pōt vn⁹ amor ꝓcedere.⁊ fm istos modos diuersos ozigis ꝓducunī pl̄es ꝓsone relone ozigis distincte.s.fili⁹ g ē a pr̄e:⁊ spi.scūs g ē ab vtroq;.Vñ ꝓcedo q nisi spi.scūs eēt a filio:nō eēt assignare distictōez realē iter filiū ⁊ spi.scz.

Ad primuz g̊ dom:q pr̄nitas dicit modū determinatū ozigis: q ylteri⁹ nō pōt multiplicari fm diuersaz rōnē ozigis:sed tm̄ fm mām: vt diuersificeī in numero:sz ꝓcessio dicit oziginē in cōi: ⁊ pōt fm duos modos ozigis determiari.s.q sit ꝓcessio vnius ab vno nō ꝓcedēte:⁊ q sit ꝓcessio ēt a ꝓcedente. plures modi nō pñt inueniri q distinguanī ex rōne oziginis.⁊ iō nō pñt esse plures ꝓcessiones in dininis q̄z Si.n.acciperetur ꝓcessio ab vno ꝓcedente vel pluribus:nō eēt dr̄ntia nisi fm vnū ⁊ plura: q̄ dr̄ia nullo mō ad oziginem ptinet.sicut si diuideret gressibile nō p bipes ⁊ q̄drupes: sed p albū ⁊ nigruz. ¶ Ad 2m dom:q in nā creata est duplex cōicatio. vna q̄ est p modū nāe.⁊ alia q̄ est p modum amoris:nō aūt in vtraq; cōicationū cōicaī nā: sz tm̄ ī ea q̄ est p modū nāe.ex impfectione aūt volūtatis create ē q nō pōt cōicari p eā nā:qz illud qd̄ ꝓcedit p modum volūtatis.s.amor:nō est hypostasis p se subsistēs.sicut in dininis.⁊ iō ex pfectione dine nāe est q cōiceī non tm̄ per actū nāe g est gn̄atio:sed per actū volūtatis:g est consensus amoris. ¶ Ad 3m dom:q distinguunī ꝓcessiones in dinis ⁊ penes p̄nm ⁊ penes finē.Ut.n.supius dcm̄ ē:quāuis nā dina sit p̄nm gn̄atiōis in pr̄e:nō tm̄ absolute sub ratione nāe:sed sub rōne pr̄nitatis. Et similr a nā diuīa inquātum est nā:q̄ acgrit in filio p generationē: nō hz filiꝰ q sit filiꝰ: sed ab eo q nā in filio fm rem est ipsa filiatio: ⁊ ita pz q ipse relones se hm̄t aliquo mō vt p̄nm ⁊ vt terminus ad ipsas ꝓcessiones. ¶ Ad 4.m dōz:q cū fm processiones distinguanī ꝓsone que realiter ples sunt:nō potest dici q ꝓcessiones re nō differūt: sz rōne tm̄.nihil.n. causat distinctionem maiorem formaliter loquendo q̄z sit distinctio qua distinguunī ipsa adiuicē:sed sicut ꝓpetates ꝓsonales fm q comparanī ad essentiā sunt idē re: qz sunt diuina essentia: a qua tm̄ rōne differūt:fm aūt q ad aligd dicunī sunt fm rez plures.⁊ ita etiā de ꝓcessionibus:qz fm q comparanī ad nāz vt p̄nm vel terminus: nō distinguunī nisi rōne:fm q dr̄ in deo volūtas ⁊ nā ratiōe differre: sed qz cōparanī ēt ad ꝓprietates relatiuas sicut ad p̄nm vel terminū:vt dcm̄ est:iō ex hoc ēt hm̄t realē dr̄ntiam. ¶ Oz g̊ obycit̄:q relones ꝯsequunī ꝓcessiones.vñ magis videī q ꝓcessiōes diuerse causent diuersitatē relonū q̄z ecōuerso:vel ad min⁹ erit ibi circulatio. ¶ Dom q relatio in dinis nō tm̄ hz q sit relatio: sed ēt q sit ꝓsonalis.i.cōstituēs personā.⁊ ex hoc hz q̄si actum dr̄ie ꝯstitutiue ⁊ formē ꝓprie ipsius ꝓsone:cui⁹ est operatio generatiōis vel spiratiōis.⁊ ideo nō est iconueniens q fm relatiōis rōnem relationes cōsequunī ipsas ꝓcessiōes:⁊ recipiant dr̄iam ab eis.fm aūt q sunt formē ꝓprie ipsaꝝ ꝓsonaꝝ causent dr̄iam ꝓcessionum.

¶ Utꝝ ꝓcessio spūs sci ōbeat dici ꝓcessio vl gnō. III.

Ad tertium sic ꝓcedit:vr̄ q ꝓcessio spi.sci.nō dz noīari processio:sz gn̄atio.Si.n.nō sit gn̄atio. tūc ꝫ generationē dīdit:sed nullū cōe diuidit cōtra ꝓprium:cū igit̄ ꝓcessio sit cōmunis generationi ⁊ ꝓcessioni spūs sci: vr̄ q ꝓcessio spiri. sci nō debeat noīari ꝓcessio. ¶ P.sicut generatio filȳ dicit spālē modū oziginis:ita ⁊ ꝓcessio spiri. sci.alⁱs nō esset ꝓpetas cōstitutiua persone:vt ꝑus dcm̄ est:sed processio nō dicit aliquē spālem modū oziginis: vt dcm̄ est. g̊ modus ozigis spūs sci non dz per ꝓcessionē nominari. ¶ P.sicut filiꝰ accipit totā naturā ⁊ subaz pr̄is: ita ⁊ spi. scūs: sed illa ꝓcessio hz quā aliquis accipit naturā eius a quo ꝓcedit:dr̄ generatio:ēt in iferioribus:vt pz īducēdo in singulis.g̊ videī q ꝓcessio spiri.sancti dz dici gn̄atio.

¶ P. Dama. dicit diffiniēs generationē sic. Generatio est diuīe nature opus exīs vt vsionē qō gīatur nō susciat: ⁊ vt neq; deus p̄or: neq; posterior sit. Sz ꝓcessio spi. san. est op' dine nāe ⁊c. ꝑ vr q; sit gīatio. Qz aūt sit opus diuīe nāe ⁊ nō volūtatis. ꝓbaī per Dyl. q dicit q; oībus creaturis subaz volūtas attulit: sed filio natura dedit: sz spiri. san. nō est creatura: ⁊ ita nō habet substātiaz per voluntatem: sed per naturam patris.

Contra. Quicqd ꝓcedit per modū generatōis procedit vt genitū: p̄cipue ī rebus viuētibus: sed spiri. san. nō ꝓcedit vt genit'. alīs eēnt duo filij ī trinitate: qō nō pōt eē. ꝑ ꝓcessio spiri. san. nō dz dici gīatio.

Respondeo dōm: q; in diuinis est accipe cōmune ⁊ ꝓpriuz: quāuis nō sit accipere vle ⁊ particulare. Ad hoc. n. q; sit vle ⁊ particulare exigitur aliqua diuersitas realis: vt supra deīn est. quiditatis cōicabilis ⁊ esse qō ꝓpriū est. Et talis diuersitas non pōt esse in dīnis: sed est ibi accipe cōmune ⁊ ꝓpriū duplr. s. secundū rē: ⁊ fm rōnem. Scōm rem sicut dicimus eēntiā esse cōem tribus psonis ⁊ vnāquāq; personā distingui p id qō sibi est ꝓpriū. Scōm rōnem aūt. sicut qñ ītellectus noster in diuinis accipit aliqd: ⁊ quātuz ad rōnem cōem vel indeterminatā: ⁊ quātum ad rōnem determinataz ⁊ ꝓpriā: qz vtrūq; ad dignitatez pertinet. ⁊ rō generis ⁊ ratio differētie. Sicut in diuinis est ratio cognitōis q̄ communis est: ⁊ rō sciētie que ꝓpria est ⁊ determinata: nec tamē vnū est gen' alteri' fm q; in deo sunt. Ita dico q; ꝓcessio dicī fm rōnem cōmunē originis. generatio aūt secundū determinatā originis rōnez. Unde se habēt sicut cōmune ⁊ ꝓpriuz: nō tamē sicut genus ⁊ spēs.

Ad primuz ergo dōm: q; ꝓcessio fm q; sumī in cōmuni rōne: nō cōdiuidī generatio ni: sed ꝑt sumī fm determinatū modū ꝓcessiōis: q spi. scō cōpetit. ¶ Ad 2m dōm: q; frequēter īuenimus q; aliqō ꝓpriū denoīaī nomine cōi. sicut omne cōuertibile dicit ꝓpriū siue significet qd est res siue nō: sed tñ hoc nomen sibi spāliter retinet illud cōuertibile qō subaz nō significat: qz nō addit aligd nobilitatis quo noīari possit. Non aūt sic dicimus in ꝓposito. non. n. origo spiri. sci nominaī cōi noīe: qz nihil addit fm rōnem. i. cōem: vel minus q; generatio filij: cū spūs scūs filio sit eq̄lis ī dignitate. ¶ Sed hȝ assignantur tres rōnes. Prima est: qz spir. scūs maxīe accedit ad ꝓcessionē. nō. n. tñ ipse ꝓcedit sicut ⁊ filī': sz a ꝓcedēte ꝓcedit: qō filio nō cōpetit. ¶ Secunda est: qz cū ꝓcessio dicaī duplr. s. fm motū localē: ⁊ fm exitū causati a causa: vterq; modus aliquo mō cōpetit origini spir. sci. Inquātū. n. ꝓcedit vt psona distincta. sic sua processio hz similitudinē ad exitū causati a causa. Inquātū aūt ꝓcedit vt amor qui tēdit in alterū nō sicut in recipiēs: sed sicut in obm: hz similitudinē cuz ꝓcessiōe locali: que est ex aliquo ī aligd. Pater. n. amat filiū amore: q; est spi. scūs. Filio aūt nō cōpetit ꝓcessio nisi sz vnū modū. s. exitū a causa. ¶ Tertia ratio. ⁊ credo q; melior est: qz in rebus creatis īuenimus aligd in se subsistens p cedere p modū nature: ⁊ hoc dicimus generari. vñ sz hȝ potuimus ꝓcessionē filij ꝓpio nomīe nominare. s. generationis nomīe. Sz nō īuenimus aligd in creaturis p se subsistēs ꝓcedere p modū amoris. sicut spūs scūs procedit. Et iō istā ꝓcessionē nō potuimus nominare nomine ꝓpio: sz tñ cōi. ¶ Ad 3m dōm: q; ꝓcessio amoris inquātum hȝ nō hz q; per ipsam natura aliq̄ cōicet: sed hoc hz īquātum est ī diuinis: vbi nō pōt esse aligd imꝑfectū. Et ideo spiri. scūs fm rōnez ꝓcessiōis cōiter loquēdo nō hz q; cōicet sibi natura. ⁊ ideo talis ꝓcessio nō pōt dici generatio fm suā ꝓpriā rōnem. Ex ipsa. n. rōne generatōis est q; natura genito cōicet. q̄uis. n. diuersitas rōnis nō sufficiat ad realē ꝓcessionū dīam. sufficit tñ ad differētē nominatōez. ¶ Ad 4m dōm: q; natura nō est p̄ncipiū ꝓcessionis spiri. scī sub ratōe nature: sz sub rōne voluntatis a qua ꝓcedit amor. ⁊ iō sua ꝓcessio nō dī natiuitas: cū natiuitas a nā dicaī. Nec tñ ex hoc segī q; spir. scūs sit creatura. Uolūtas. n. comparaī vt p̄n' ad ipa p̄ncipiata: ⁊ sic comparaī ad creaturas. Uel ad ipsam rōnē p̄ncipiādi: ⁊ sic comparaī ad amorem q est spiri. scūs sicut ītellectus ad artem: vt superius dictum est.

¶ Utr̄ spūs scūs debeat dici īgenitus. IIII.

Ad quartū sic ꝓcedī': videī q; spiri. scūs debz dici īgenit'. Et p̄mo p auctoritatē Dierony. in lra. ¶ P. terminus ifinit' cōuertī cū negatiōe suppositā exīs ī subi. sicut nō hō nō est hō. q; gd. n. est ⁊ nō est hō: est nō homo: sz īgenitus est terminus ifinit'. ꝑ cū spir. scūs sit ⁊ nō sit genitus: vr q; sit īgenitus. ¶ P. īgenitū aut dicit relōnē aut absolutū: sed nō dicit relōnē notionalē: qz tūc nō posset dici essentia ingenita. ꝑ videī q; sit de absolutis: ⁊ ita videī cōuenire spiri. sancto.

Sed ī contrariū est: qō dī in lra: q; solus p̄r ingenitus est. ꝑ nō spiri. scūs.

Respondeo dōz: q; ī dīnis ꝓpe loquēdo nihil potest dici ꝓpatiue: qz ad rōnē ꝓpatōis exigiī q; aligd sit aptū natuz hēre qō nō hz. hoc aūt deo cōpetere nō pōt. Unī opz q; īgenit' sumaī negatiue ⁊ nō ꝓpatiue. Sz negatio q̄dā negat ī gīe determinato. ⁊ hec hz aligd silē ꝓpatiōi iquātū ponit aliqō determinatū genus. Est et q̄dā negatio extra gen': ⁊ hec ē absoluta negatio: qz nullū gen' determiat. ¶ Dico ꝑ q; īgenit' si dicat negatōez extra gen'. tūc ꝛuenit omni ei q; ē ⁊ q; nō ē ab alio p gīationem siue sit ab aliquo alio siue nō: ⁊ siue sit creatū siue īcreatū. Et fm hoc possumus dicere p̄ez īgenitū ⁊ spūm scm ⁊ eēntiā dīnā ⁊ p̄mas creaturas q̄ nō exierunt ī eē p gīatōez. Si aūt sit negatio ī gīe. hoc pōt esse duplr fm q; ī dīnis accipiī. Uel in gīe dine nāe: ⁊ sic adhuc ꝛuenit p̄ri spūi scō: ⁊ eēntie. Uel ī gīe p̄ncipy ī nā diuina ⁊ sic nō ꝛuenit nisi p̄ri. ⁊ tūc erit notio p̄ris. Principiū. n. aliqō pōt īnotescere. Aut fm q; aligd ē ab illo. ⁊ sic p̄r īnotescit p gīatiōez ⁊ spiratiōez actiuā: aut fm q; nō ē ab alio. ⁊ sic est notio patris ingenitus.

Ad primuz ꝑ dōm: q; Diero. accipit īgenitū. i. nō genitū: fm q; negatio ē extra gen' vl' in gīe diuīe nature ⁊ nō in gīe principy. ¶ Ad 2m dōm: q; negatio termini ifiniti nō ē negatio ī aliquo gīe determinato: sed tñ ī gīe entis. ⁊ iō pōt dici de omni ente cui nō ꝛuenit affirmatio: sz negatio q̄ negat ī aliquo gīe determinato nō pōt dici extra illud gen'. ¶ Ad 3m dōm: q; īgenit' fm q; ꝛuenit tñ p̄ri dicit notiōez p̄ris: ⁊ sic nō cōuenit essentie: fm aūt q; cōuenit essentie ⁊ spūi scō nō dicit aliquā notionē: nec etiā aligd de absolutis: qz sic etiā cōueniret filio: sed remouet notionē quādā. s. generationem passiuam. ¶ Expositio textus.

Absit autē vt iter deum ⁊c.) Sic enīz ꝓcessio spiri. scī. materialiter videī: qz p̄r se habz ad geneatōez vt p̄ncipiū actiuū: mater aūt vt materiale: qz materiā ministrat. (Nescio.). s. p artē acgsitaz. (Nō valeo.) per naturalē virtutē vel īdustriā. (Nō sufficio.) per defectum vsus vel exercity. (Omne qō ē aut ingenitum ⁊c.) Sciendum est q; istius diuisionis membra variantur materiali multiplicatione ⁊ nō formali. ⁊ ideo vnū membz bis repetitur: inquātum duobus conuenit. s. patri ⁊ spiritui sancto.

¶ Qđ gemina est processio spiritus sancti.

¶ Distinctio. XIIII.

Retereа diligēter ānotādū est q̄ gemina est ꝓcessio spūs sci: eterna .vz. q̄ ineffabilis est: q̄ a p̄re ⁊ filio eternal'r ⁊ sine tpe ꝓcessit. ⁊ tpalis q̄ a p̄re ⁊ filio ad scificādā creaturā ꝓcedit. ⁊ sicut ab eterno cōiter ac siml' ꝓcedit a p̄re ⁊ filio: ita ⁊ i tpe cōiter ⁊ sil' ab vtroq̄ ꝓcedit ad creaturā nō diuisim a p̄re in filiū ⁊ in filio ad creaturā. Vñ Augu. in. xv. lib. de tri. ait. Spūs scūs nō de p̄re ꝓcedit in filiuꝫ ⁊ de filio procedit ad scificādā creaturā: ꝫ siml' de vtroq̄ ꝓcedit: q̄uis hoc filio p̄ dederit: vt sicut de se ita etiaꝫ de illo procedat.

¶ De tpali processione specialiter agitur.

De tpali aūt ꝓcessione Beda in homelia dñice prime post ascēsionem ita loq̄t. Cuꝫ g̃ a spūs sci dat boib⁹ ꝓfecto mittit̄ spūs a p̄re: mittit̄ ⁊ a filio: procedit a p̄re: ꝓcedit ⁊ a filio: ⁊ eius missio ē ipsa processio. Bis ꝟbis oñdit apte donatione g̃e spūs sci dici ꝓcessione vel missionez eiusdē: ꝫ cū donatio siue datio nō sit nisi tēporalis: ꝓstat q̄ ⁊ ꝟ ꝓcessio siue missio tpalis ē. Hāc quoq̄ tpalē spūs sci processionē Augu. i xv. lib. de tri. insinuat dicēs spm̄ scm̄ processisse a x̄po q̄n̄ post resurrectionē insufflauit in discipulos bis ꝟbis. Cum resurrexisset x̄ps a mortuis ⁊ apparuisꝫ discipulis insufflauit ⁊ ait. accipite spūꝫ scm̄: vt eū ēt de se procedere oñderet: ⁊ ipse est x̄tus q̄ de illo exibat: vt legitur i euangelio: ⁊ sanabat oēs. Et vt oñderet hanc processionē spūs sci nō eē aliud q̄ꝫ donationez vel dationez ipsi⁹ spūs sci: addit. post resurrectionē dñs Jesus bis dedit spūm sanctum. semel in terra pp dilectionē ꝓximi. ⁊ iteruꝫ de celo propter dilectionē dei: q̄ per ipsuꝫ donū diffunditur charitas in cordibus nostris: qua diligimus deum ⁊ ꝓximum.

¶ Qꝛ aliqui dicunt spiritum sanctuꝫ non dari: sed dona eius.

Sunt aūt aliqui q̄ dicūt spūm sanctū ipsum deum nō dari: sed dona eius que nō sunt ipe spiritus sanctus. Et vt ainnt: spiritus sanct⁹ dicit̄ dari cū gratia ei⁹: que tamē nō est ipe: datur homini. ⁊ hoc dicunt Bedaꝫ sensisse in superioꝛibus verbis: q̄bus dicit spm̄ scm̄ procedere cū ipsi⁹ gratia datur hominibus: tanquā non ipsemet detur: sed eius gratia.

¶ Qꝛ ipse spūs scūs q̄ de⁹ est ⁊ dat̄ ⁊ mittit̄.

Sed q̄ ipse spūs scūs q̄ ds ē ⁊ tertia i trinitate psona deꝫ: apte oñdit Augu. i. xv. li. de tri. ita dicēs. cūdē spm̄ scm̄ datū cū insufflasset Jēs: de quo mox ait. Jte baptizate oēs gētes i noie p̄ris ⁊ filij ⁊ spūs sci. nō debemus ambigere. Ipse g̃ est q̄ ēt de celo dat⁹ ē die penthecostes: quō g̃ ds nō ē q̄ dat spm̄ scm̄: imo q̄̃tus de⁹ est q̄ dat deū. Ecce bis ꝟbis apte dicit spūꝫ scm̄: ipm. s. deuꝫ dari boib⁹ a p̄re ⁊ filio: ⁊ q̄ ipse spūs sanctus q̄ de⁹ est ac tertia in trinitate psona nobis deꝫ: nr̄isq̄ ifundat̄: atq̄ illabat̄ mētib⁹ aperte oñdit Amb. i lib. p̄io de spū scō dicēs: lz m'lti dicant̄ spūs q̄ legit̄: q̄ facit angelos suos spūs vn⁹ tm̄ ē dei spūs. Jpm g̃ vnuꝫ spūm ⁊ ap'li ⁊ ꝓphe sunt cōsecuti. sicut ēt vas electōis dicit: q̄ vnū spm̄ potauimus q̄si cū q̄ nō queat scindi: ꝫ ifundat̄ ais ⁊ sensib⁹ illabat̄ vt secularis sitis restrigat ardoꝛē: q̄ spūs scūs nō ē de nā reruꝫ coꝛpaliū nec de suba inuisibiliū creaturarū. Bis ꝟbis apte dic̄ spūm scūm ipm q̄ creatura nō ē ifundi mētib⁹ nr̄is. Jtē i eodē. Qis mutabilis ē creatura: ꝫ nō mutabilis spūs sanctus. Quid aūt dubitē dicere: q̄ dat⁹ ē ⁊ spūs scūs cū scriptum sit. charitas dei diffusa ē i coꝛdib⁹ nr̄is ꝑ spūm scūm q̄ dat⁹ ē nobis. Qui cum sit inaccessibilis nā: receptabil' tm̄ ꝓpter suā bonitatē nobis est cōplēs x̄tute oīa: ꝫ q̄ solis ptícipetur iustis. simplex suba opulens x̄turibus vnicuiq̄ pñs didens de suo singulis ⁊ vbiq̄ tot⁹. Incircūscript⁹ g̃ est ⁊ infinit⁹ spūs sanct⁹. q̄ discipuloꝝ sensus sepatoꝝ infundit: quē nihil pōt fallere. Angeli ad paucos mittebant̄. spūs aūt sanct⁹ populis ifundebat̄. Quis g̃ dubitet q̄n dinū sit q̄d ifundit̄ sil' plurib⁹ nec vr̄. Un⁹ est spūs sanct⁹ q̄ datus ē oib⁹: lz sepatis ap'lis. Et ꝟ apte dic̄ Amb. q̄ spūs sanctus q̄ ē suba simplex cū sit vn⁹ dat̄ plurib⁹. Alia quoq̄ auct̄e ꝟ idē astruit̄. s. q̄ spūs sanctus q̄ ē filio eq̄lis hominib⁹ deꝫ. Ait. n. Augu ꝟ ꝟbis ap'li. Si charitas dei diffusa est i coꝛdib⁹ nr̄is ꝑ spūm scūꝫ q̄ datus ē nobis: a quo dat̄ ab illo q̄ dedit dona boib⁹: q̄ dona spūm sanctum q̄ tale dat donuꝫ q̄lis ē ipse. magna ē misericoꝛdia ei⁹ donū dat eq̄le sibi: q̄ donū ei⁹ spūs sanct⁹ ē. p̄missis ⁊ alijs plurib⁹ auctoꝛitatibus apte mōstrat̄ q̄ spūs eq̄lis p̄ri ⁊ filio nobis dat̄: nec iō tm̄ mioꝛ est p̄re ⁊ filio. Vñ Augu. i. iiij. lib. de tri. Nō ideo minoꝛē esse spūm sanctuꝫ: q̄ eū pater mittit ⁊ filius arbitrandum est.

¶ An viri sancti ecclesie p̄lati dent vl' dare possint spiritum sanctum.

HIc q̄rit vtr̄ t viri sci dēt vl dare possint alijs spūm spm̄. Quē si alijs dant cū eis donatio supra sit dcā ꝓcessio vī ab eis ꝓcedere spūs scūs vl mitti: sed creator a creatura nō ꝓcedit vl mittit. Restat ergo vt ipsi nō dēt spūm scm̄ nec dare possint. Vñ Aug. in .xv. li. de trini. Nō aliqs discipulor̄ xpi dedit spūm scm̄. Orabāt qppe vt veniret in eos ḡbus manū iponebāt. nō ipsi eum dabāt quē morē in suis ꝓpositis ēt nūc fuat ecclesia. Beniqr t Symō magus offerēs aplis pecuniā nō ait. date t mihi hāc ptātē vt dem spūm scūm: sed cuicūqr inḡt imposuero manū accipiat spūm sanctum: qz nec scriptura superius dixerat. Videns autē Symon qz apostoli darēt spūm sanctum: sed dixerat. videś autē symon qz per impositionē manuū apostolorum dareť spiritū sanctū. Ecce bis verbis ostēdit Aug. nec aplos nec alios eccliē ꝓlatos dedisse vel dare spūm sanctum.

¶ Oz nō pñt dare spūm sanctū hic docet.

HEt qō plus est nō posse ēt dare dicit in eodē li. subdens de christo. Scriptum est qꝫ acceperit a pre ꝓmissionez spūs sci t effuderit. in quo vtraqr natura mōstrata est. humana. s. t diuina. accepit qppe vt hō: effudit vt de⁹. nos aūt accipe qdē hīs donū possumus ꝓ modulo nostro. effundere xpo sup alios nō vtiqr possumus: ꝯ vt hīs fiat deū sup ipsos a quo id efficit inuocamus. Hīs xpis exp̄sse dic nos spūz sanctuz nō posse sup alios effundere. i. alijs dare.

¶ Oz videtur contrarium.

SEd huic vī ꝛriū qō apl's ad Galathas de se loq̄ns ait. Qui tribuit vobis spūm t opaī virtutes in vobis. Ecce euidēter dic se tribuisse spūm. ꝯ itelligēdū ē apl'z dixisse hīs: nō qz haberet ptātē t auctatē dādi spūz scūz: ꝯ qz ministeriū habuit in quo dabaī a deo spūs scūs. Ut enī ait Aug. sup eūdē locū exponens illud apl'i xpi. ab apl'o ꝓdicata est eis fides. in qua ꝓdicatione aduentū t pñtiaz spūs sancti senserāt: sicut illo tpe in nouitate inuitatiōis ad fidē. ēt sensibilibus miraculis pñtia sci spiritus apparebat: vt in actib⁹ apl'oz legiť. aperte hic ostēdit qūo illis spiritū scūm tribuerit apl's nō vtiqr ipm mittendo in eos sed p̄dicando eis fidē christi: quā illis recipientibus qꝫ spūs sanctus in eis esset aliquibus signis visibilibus mōstrabatur. Non ergo homines quantūcūqr sancti dare possunt spiritum sanctum.

¶ Diuisio textus.

HIc icipit magr̄ ōteriare ō tpali ꝓcessiōe spi. sci. Et diuidiť in ptes duas. In p⁹ ōterminat ꝓcessionē tpalez spi. sci. In z⁹ ōtermiat nomē spi. sācti qō rōnē tpal' ꝓcessiōis oñdit i. iś. di. ibi (Dic q̄rit cū spi. sāct⁹ ꝓ quē t c̄) ꝓria ī duas. In p⁹ ōtermiat ō tpali ꝓcessiōe ī cōi. In scōa q̄tū ad spāles mōs missiōis i. ió. di. (Nunc de spi. sancto viō.) ꝓria ī duas. In p⁹ oñdit spi. scūz a p̄re t filio tpali ꝓcessiōe ꝓcedere. In z⁹ ingrit vtr̄ a seipo tpali ꝓcessiōe ꝓcedat. iś. di. (Dic ꝛsiderādū ē t c̄.) ꝓria ī duas. In pria oñdit ꝓcessionē spi. sācti tpalē eē a p̄re t filio. In z⁹ excludit errorē circa itellm tpal' ꝓcessiōis. ibi (Sūt aūt alig) Circa p̄m⁹ duo fac̄. p̄ ōtermiat vitatez tpal' ꝓcessionis q̄tū ad p̄n⁹ a q̄ ꝓcedit: oñdēs ꝑ Aug. qꝫ ꝓcedit a p̄re t filio. z⁹ oñdit vitatē q̄tū ad hīs qꝫ ab eis dr̄ ꝓcedere tpal'r ibi. (De tpali āt) (Sūt aūt alig) Dic excludit errorē dicētiū ī ꝓcessiōe tpali spi. scm̄ nō dari: ꝯ tm̄ dōa ei⁹. Et circa hīs duo fac̄. p̄ oñdit ipz spi. scm̄ q ōs ē tpali ꝓcessiōe dari. z⁹ ex hīs oñdit qꝫ nll's hō spi. scm̄ dare pōt. ibi. (Dic q̄rit vtrū sci t c̄.) Et circa hīs duo fac̄. p̄ mouet qēnē t ōterminat eā: oñdēs qꝫ nullus hō spi. scm̄ dare pōt nec ēt xps ꝑm qꝫ homo. z⁹ obycit in cōtrariū t soluit. ibi. (Oz núc videtur contrarium. Questio. I.

ADintellectū b⁹ ptis tria q̄rūť. p̄ ō. ꝓcessiōe tpali. ꝯ se. z⁹ rōne c⁹ spi. sāct⁹ tpal'r ꝓcedeř dicaī: vl ꝯ qd fiat. z⁹ a q̄ fiat. Circa p̄m⁹ duo q̄rūť. p̄ an sit aliq̄ tpal' ꝓcessio spi. sci. z⁹ vtr̄ ponat ī nūer̄ cū eterna.

¶ Utr̄ aliq̄ ꝓcessio spūs sci sit tpalis. I.

ADprimū sic ꝓcediť. vī qꝫ nlla ꝓcessio spi. sci sit tpalis. Sic. n. generatio ē ꝑpetas eterna filij ꝑm quā distinguiť a p̄re: ita ꝓcessio spi. sācti ē ꝑpetas: ꝯ quā distinguiť a p̄re t filio: ꝯ gnātio filij nō dr̄ tpal'r nisi ꝯ nāz assūpta: cū igiť spi. sāct⁹ nullā assūpserit nāz nec assumet: vī qꝫ nlla sit ei⁹ ꝓcessio tpal'. ¶ P̄. Oē illō cui ꝛuenit aliqd tpal'r ē mutabile vl variabile. hīs āt spi. scō nō ꝛuēit cū sit ver⁹ ōs. ḡ nec tpal'r ꝓcessio. ¶ P̄. ꝯ phz li. ō cāis. iter rē c⁹ suba t opō ē i tpe: t iter rē c⁹ suba t opō ē i momēto eternitatis ē res media c⁹ opō ē i tpe t suba i eternitate. Rez āt illā c⁹ suba t opō ē i eternitate dic subas sepatas t ꝑcipue deū: cū igr̄ ꝓcessio sit opō ipsi⁹ dei: siue actie siue pas siue itelligať: vī qꝫ nō sit ī tpe: t ita nec tpalis dici ōbeat. ¶ P̄. illō qō eleuat hoiez supra tps nō pt dici tpale: ꝯ ꝓcessionē spi. sancti ī hoiez eleuaī hō supra oīa tpalia. qz ꝑm Aug. inḡtū aliqō eternū mēte capim⁹ nō in hīs mundo sum⁹. ḡ nō oz dici tpalis. ¶ P̄. ī ꝓcessiōe tpali q̄ etiaz missio dr̄ icludiť itell's ꝓcessiōis eterne ꝯ Aug. ꝯ denominatio oz fieri a digniori: igiť t si in ꝓcessiōe eēt aliqd tpale nō deberet dici tpalis sed eterna.

Cōtrariū dr̄ per auctates in lra. ¶ P̄. cōtigit aliquē ex tēpore hr̄e spi. sanctū q ꝓpri⁹ nō habuit: ꝯ spi. sanct⁹ nō hr̄ nisi vt ꝓcedēs a p̄re t filio cū sit donū vtriusqꝫ. ḡ est ei⁹ aliq̄ ꝓcessio tpalis ꝑm quā ꝓcedit ad sanctificandū creaturā: vt in lra dicit.

Respondeo dōm qꝫ q̄uis in ꝓsonis dīnis ꝑpe loquēdo dicaī ꝓcessio ꝑm rōnē exit⁹ a p̄n⁹ q ñ nec̄io tēdit in aliō: tñ ꝓcessio spi. sci ex mō sue ꝓcessiōis hz inḡtū. s. ꝓcedit vt amor: qꝫ ī aliū tēdit. s. ī amatū sic ī obm. Et qz ꝓcessiōes ꝓsonaꝝ eterne sūt cā t rō totius ꝓductiōis creaturaꝝ: iō oz qꝫ sic gnātio filij ē rō totius ꝓductiōis creature ꝑm qꝫ dr̄ p̄ ī filio oīa fecisse: ita ēt amor p̄ris tendēs in filiū vt in obm sit rō in qua deus oēm effectū amoris creaturis largiaī: t ide ē qꝫ spi. sāct⁹

qui est amor quo pater amat filiū. est ēt amor quo amat creaturā ipartiendo sibi suā perfectionē. Poterit g̃ ꝓcessio isti⁹ amoris dupl'r ꝯsiderari. Uel ꝑ ꝙ tēdit ī obz eternū: ⁊ sic dicet eterna ꝓcessio. Uel ꝑm ꝙ ꝓcedit vt amor in obm creatū: inq̃tū. s. ꝙ illū amorē creature aligd a ꝺo ꝯfert: ⁊ sic dicetur ꝓcessio tpalis: ex eo ꝙ ex nouitate effectus cōsurgit noua relatio creature ad deū: rōne cui⁹ opz deū sub noua habitudine ad creaturaz significari: vt p3 in oībus que de deo ex parte dicuntur.

Ad primū g̃ dōm ꝙ gnātio de rōne sui nō dicit respectū nisi ad eū a quo est gnātio. Hoc aūt dupl'r pōt cē in filio. Aut sicut a quo accipit diuinam nām: ⁊ sic est gnātio eterna a pre. Aut sicut a quo accipit nām humanā: ⁊ sic est tpalis gnātio a mre. Processio āt spi. sancti vt dictū ē nō solū dicit respectū ad p̄n̄m a quo ꝓcedit: ꝑm quē eterna tm̄ mō est: sicut ⁊ generatio: sed ēt iportat respectū ad eū in quē ꝓcedit: ꝑm quez tēporalis dici pōt. ¶ Ad 2m dōm ꝙ inquātū per amorē g̃ est spiritus sanct⁹ aliq̃ donū creature cōfert: nulla mutatio vel variatio fit in ipso amore: sed in eo cui per amorē aligd datur: si tm̄ mutatio ⁊ nō poti⁹ perfectio dici dz. Et iō ille tēporalis respect⁹ nō ponit circa spi. sanctū real'r. sed solum ꝑm rōnem. realiter aūt in creatura q̃ mutat: sicut fit cui dicit. De⁹ dns ex tpe. ¶ Ad 3m dōm ꝙ opatio diuina dupliciter pōt ꝯsiderari. Uel ex pte operantis: ⁊ sic est eterna: vel q̃tū ad effectū opationis: ⁊ sic pōt esse tēporalis: sed tm̄ qz de⁹ nō agit per operationē: q̃ sit media iter ipm ⁊ operatū: sed sua opatio est in ipso: ⁊ est tota sua suba: iō opatio ei⁹ essentialr eterna est: sed effect⁹ tpalis. ¶ Ad 4m dōm ꝙ aligd pōt dici tpale multipl'r. vel qz subiacet variationi tpis: ⁊ ꝺ modo ꝓcessio nō dr tēporalis ēt q̃tū ad effectum gratie. Uel qz ꝺz initiū in tēpore: ⁊ sic gratia dr tpalis: ⁊ eadē rōne ꝓcessio ratione effect⁹. ¶ Ad gntum dōm ꝙ aliq̃ cōiunctū nō pōt affirmari nisi ꝑ vtraq; parte: sed negari pōt ꝓ altera parte tm̄: sic p3 in veritate ⁊ falsitate copulatiue ꝓpositionis. Et qz tpale claudit in se quādā negationē cū affirmatione. s. aliq̃ esse et ꝑus nō fuisse. eternū aūt iportat tm̄ affirmationē ēndi: ideo coniunctū nō pōt dici eternum nisi vtrūq; eternus sit: temporale aūt dici pōt etiā si alterus sit tm̄ tēporale: sicut creator iportat diuinā operationē: ⁊ ꝺnotat effectū in creatura actualiter: ratione cuius deus non dicit creator ab eterno sed ex tempore.

¶ Utrum processio temporalis distinguatur realiter ab eterna. II.

Ad secundus sic ꝓcedit. vr̄ ꝙ tpal' ꝓcessio ponat in nūerus cū eterna vt sit alia ⁊ alia ꝓcessio. Eternū .n. ⁊ tpale nō pñt idez esse in cētia: ꝙ q̃ dr̄nt per essentiā simpl'r multiplicant⁹ ⁊ nūerant⁹. g̃ eterna ꝓcessio ⁊ tpal' simpl'r sūt due. ¶ Itē idē nō ē signū suuipsi⁹: ꝙ ꝓcessio tpal' ꝑm Aug. ē signū eterne. g̃ nō sūt vna ꝓcessio. ¶ P̄. cū vna dicat⁹ ꝓcessio eterna ⁊ alia tpal' aut hoc erit qz cētialr dr̄nt: aut qz vna addit sup aliā. Sz eterna nō pōt addere supra tpalē: qz sic tpalis eēt nāl'r prior eterna. Nec ēt tpalis pōt se hr̄e ex additiōe ad eternā: cū eterno: qz pfcm̄ ē: cui nihil sit addibile. g̃ relinq̃t ꝙ essentialr differāt: ⁊ ita simpl'r sunt due. ¶ P̄. sic̄ fili⁹ se hz ad gnātionē passiuā: ita ⁊ spi. sāct⁹ ad ꝓcessionē passiuā: ꝙ pp eternā gnātionē ⁊ tpalē fili⁹ dicit⁹ hr̄e duas natiuitates ⁊ bis nat⁹. g̃ ⁊ spi. sanct⁹ dr̄ hr̄e duas ꝓcessiones.

Contra ꝓcessio ponit aligd ī ipo ꝓcedēte: ꝙ ꝓcessio tpal' inq̃tū ē tpal' nihil pōit circa spi. scūz. g̃ opz ꝙ ī ꝓcessiōe tpali cētialr icludat⁹ eterna. g̃ nō dr̄nt cētialr nec simpl'r sūt pl'es. ¶ Itē ea q̃ nō sūt eiusdē rōnis nō ꝓnūerant⁹ adiuicē: ꝙ tpale ⁊ eternū nō sūt eiusdez rōnis. g̃ nō pōt dici ꝙ sint due ꝓcessiōes: tpal' ⁊ eterna.

Respondeo dōz ꝙ cū ꝓcessio sp dicat respectuz ꝓcedētis ad illū a q̃ ꝓcedit spi. sanct⁹ aūt ad pr̄ez nō referr⁹ nisi relone eterna: oz ꝙ nlla ꝓcessio spi. sācti sit alia cētialr ab eterna: ꝙ pōt sibi aduenire aliqs respect⁹: ali⁹ ex pte ei⁹ ī quē ē sic̄ ī amatū: ⁊ rōne illi⁹ dr̄ tpal'. ¶ Dōz g̃ ꝙ ē vna ꝓcessio cētialr pp respectū vnū ꝓcedētis ad id a q̃ ꝓcedit: quē ꝓncipalr ipor tat. Processio āt ē duplex vl' gemia rōe duoz respectuū ī duo ob3. s. in eternū ⁊ tpale: q̃z vn⁹. s. etern⁹ realr ē ī ipo ꝓcedēte. Ali⁹ aūt ꝙ rōnē tm̄ in spi. sanctū. ꝙ ꝙ rē in eo ī quē ꝓcedit. Noz tm̄ respectuū ꝓm⁹ ꝯcludit⁹ in 2o sicut rō ⁊ cā ei⁹. vñ 2m se hz ex additione ad ꝓmum.

Ad primuz g̃ dōz ꝙ ꝓcessio nō dr̄ tpal' ꝑm id qō ē: ꝙ rōne respect⁹ ad creaturā. tpalis dr̄ vt dōz ē. ¶ Ad 2m dōz ꝙ ꝓcessio tpal' dr̄ eē signū eterne q̃tū ad effectū ex q̃ ꝯsurgit respect⁹ ille tpal' ꝙ quē ꝓcessio tpal' dr̄. Effect⁹ āt h⁹ ꝓcessiōis ē amor gratuit⁹ q ē similitudo q̃dā amoris̄ icreati: q ē spi. scūs. ⁊ ꝓ ꝯs signū ei⁹. ¶ Ad 3m dōz ꝙ q̃uis eterno ꝙ rē nihil sit addibile: nihilomin⁹ tm̄ eternū pt itelligi ī aliq̃ hītudie se hr̄e ad aliqō tpale: q̃ tm̄ hītudo nō ponit⁹ realr circa ipz eternū: vt dcm̄ ē. Et qz itell's pōt repr̄i ꝓ nomē: qz voces sūt note earū q̃ sūt ī aia passionū: iō pt eterno iponi aliqō nomē ꝓut itelligit⁹ sub illa hītudie: sic̄ ōs dr̄ dns ex tpe: ita ēt dr̄ ꝓcessio tpal'. ¶ Ad 4m dōz ꝙ gnātō filꝙ tpal' ⁊ eterna distinguit⁹ ēt ꝙ respcm̄ ad p̄n̄m a q̃ sūt: qz eterna ē a pre ⁊ tpal' a mre. Et ꝙ diuersas nās ⁊ iō vna realr nō ē alia ꝙ ō ꝓcessiōe nō ē sil'e vt dcm̄ ē. ¶ 5m ꝯcedim⁹. ¶ Ad 6m dōz ꝙ ꝓcessio tpal' ⁊ eterna ꝯsiderate ꝙ respcm̄ ꝓcedētis ad p̄n̄m a q̃ est: sūt oīo idē ne dū eiusdē rōnis: ⁊ ex hac pte nō numerant⁹. Sz ꝯsiderate ꝙ respectū ad id in qō ē ꝓcessio ꝓmo⁹ dcm̄ nō sunt eiusdē rōnis. s. per vniuocationē: ꝙ analogice: qz vnū est rō alteri⁹: ⁊ ita pñt cōnūerari: sic̄ ēt dicimus deū ⁊ boiez duas res. Questio. II.

Deinde queritur ꝑm qd attendatur ꝓcessio tēporalis. Et circa hoc duo quer⁹nt⁹. Primo vtrū ipse spi. sanct⁹ ꝑm ꝓcessionē tēporalē dr̄ vl' tm̄ dona eius vel vtrūq;. Et si vtrūq; queritur. Scōo ꝑm que dona dicatur spi. sanctū dari vel procedere tēporaliter.

¶ Utr̄ spūs scūs tpaliter detur. I.

Ad primū sic ꝓcedit. vr̄ ꝙ ipse spi. sanct⁹ nō ꝓcedat tpal'r vl' det⁹. Illud .n. qō ꝙ se ēvbiq; nō vr̄ vlq; ꝙ se ꝓcedere: ꝙ spi. sanct⁹ cū sit ōs ē vbiq;. g̃ nō pt ī quēq; ꝓcedere. ¶ Si dicas ꝙ pt eē ꝙ aliquē mo⁹ ī aliq̃ ꝙ quē ꝑus nō erat: Adhuc hr̄ ꝓpositū: qz ꝙ Dio. ⁊ plz li. ō causis: de⁹ eodē mō se hz ad oīa: q̃uis nō oīa eodē mō se habeant ad ipm: ꝙ iste modus diuersus in creaturis ē ex diuersis perfectōib⁹: quas ex ꝺo cōsequunt⁹. g̃ vr̄ ꝙ ex ꝺ ꝙ spi. sanct⁹ dr̄ al'r esse in isto q̃ ꝑus nō fuit: nō ꝓpter aliud esse nisi qz aliquē effectū ꝯsequit⁹ iste quē ꝑus nō ꝯsequeb⁹at: ⁊ sic tota datio vel ꝓcessio refert⁹ ad dona ⁊ nō ad ipz spi. sanctū. ¶ Itē vt dcm̄ ē: ꝓcessio tpalis nihil ꝙ rez addit ex pte ipsi⁹ ꝓcedētis ad ꝓcessionē eternā: ꝙ ꝑm ꝓcessionē eternā ipe spi. sāct⁹ nō ꝓcedit ī aliquā creaturā. g̃ nec ꝑm tpalē q̃tū ex pte ipsi⁹ spi. sancti: ꝙ solū q̃tū ad dona ipsi⁹. ¶ P̄. ꝯstat ꝙ vt⁹ ifusa nō ē deficiētior ī opib⁹ meritoryus q̃ vt⁹ acqsita in opib⁹ politicis: ꝙ vt⁹ acqsita sufficiētior dirigit boiez in oīb⁹ ciuilib⁹. g̃ ifusa in oīb⁹ meritoryus. nō igit⁹ oz vt vr̄ ꝙ cū virtute ifusa ipse spi. sanct⁹ det⁹ ꝙ vel solus spi. sanct⁹ vel sola virtus.

Contra Ro.5.dicit. Charitas dei diffusa est in cordib⁹ nostris p.spi.san.tc. g videt q vtrūq; det. ℂ P.amor hz rōnē pmi doni:qz in ipo oia ex liberalitate cōferunt:cū igit spi.scūs sit amor.vr q habeat rōnem doni.sz nō nisi qz dat.g vr q ipse spi.scūs det.

ℂ Ulteri⁹ qrit circa h si vtrūq; dat qd per prius dat. Et videt q spi.scūs:qz p ipm dant alia. Et qz hz rōnez pmi doni. ℂ Sed ecōtrario vr q dona p pus:qz dona ipsius disponūt nos ad h q ipz habeam⁹. dispositio aūt por est eo ad qō disponitur. ergo tc.

Respondeo dōz q ipsemet spi.scūs pcedit tpali pcessione. vel dat t nō solum dona eius. Si.n. ꝓsiderem⁹ pcessionē spiri. sci ex pte ei⁹ a q̄ pcedit:nō est dubiū qn fm illū respectū ipsemet spi.scūs pcedat. Si aūt ꝓsideremus pcessionē fm respectuz ad id in quo pcedit:tunc sicut dictū est respect⁹ iste in spiri.scō ponit:nō qz ipse realiter referat: sed qz alteruz refertur ad ipm. Cū igit in acceptiōe donoꝝ ipsi⁹ nō solū relatio nra terminet ad dona:vt ipsa tm̄ habeam⁹:sz ēt ad spiri. scm̄ qz aliter ipm habem⁹ q̄ pus:nō tm̄ dicent dona ipi⁹ pcedere i nos:sz ēt ipsemet. fz h.n. ipe dr referri ad nos fz qō nos referimur in ipz. Et iō pcedit ipse in nos t dona ipsi⁹:qz t dona eius recepim⁹:t per eadez ad ipm nos aliter habem⁹:inq̄tū per dona eius ipsi spi. scō coniungimur:per donū nos sibi assimilans.

Ad primuz igit dōm q cum dicit deus esse vbiq; importat q̄dā relatio dei ad creaturam:que gdem realiter non est in ipso:sed in creatura. Cōtingit aūt ex parte creature istas relationes multipl'r etiā diuersificari fm diuersos effectus:qbus deo assimilatur.t inde est q significat vt aliter se habēs ad creaturam q̄ pus. Et ppter h spi.san.qui vbiq; est fm relatōez creature ad ipm:pōt dici de nouo esse in aliquo: fz nouā relationē ipsius creature ad ipm. ℂ Ad zm dōm q q̄uis ille modus aliter se habendi diuersificet ex diuersis donis receptis in creatura: tamē relatio creature nō sistit i donis illis:sed vlterius tēdit in eum per quem illa dona dant.t iō possum⁹ significare nos alio modo habere spi. scūz t spi.scm̄ aliter a nobis haberi:t h significat cū dici tur ipsemet in nos pcedere vel nobis dari. ℂ Ad 3m dōz q nō dr ipsemet in nos pcedere:qz circa ipsuz aligd fiat: sed qz ex eo q nos ad ipsummet aliter nos habem⁹: ipse pōt significari sub alio respectu se habere ad nos. Et ita dicit in nos pcedere q̄tuz ad illuz respectū quē pcessio ponit ad id in qō est pcessio:sz nō q̄tū ad illū quez ponit ad id a quo est. ℂ Ad q̄rtuz dōz q virt⁹ infusa est multo sufficiētioꝝ q̄ virtus acqsita:t ex rōne sue perfectiōis hz q nos maxime deo cōiungat t assimilet: fm quā coniunctionē innascit nobis nouus respectus ad deū. vñ quāto sufficientioꝝ est:tanto magis in ipa spi.scūs pcedere dr t cū ipsa. vtꝝ autē oporteat aliqō donū creatū dari cū spi. scō erit qō ifra. ℂ Alia duo cōcedimus.

ℂ Ad id qō ulteri⁹ q̄rit dōz q ordo aliquoꝝ fm nāz pōt dupl'r cōsiderari. Aut ex pte recipientis vel māe:t sic dispositio est por q̄ id ad qō disponit.t sic per prius recipimus dona spiri.sci q̄ ipm spūm:qz per ipsa dona recepta spū scō assimilamur. Aut ex pte agentis t finis:t sic qō pingus erit fini t agenti dr esse pus: t ita per pus recipimus spi.scm̄ q̄ dona ei⁹: qz t filius per amorē suū alia nobis donauit.t hoc est simpliciter esse pus.

ℂ Utruz processio temporalis spūs sancti attendatur fm omnia dona. II.

A B secūdum sic pcedit. vr q fm oia dona pcessio tpalis spi. sci attendat. Dē.n. donū qō creature ꝓfert ex liberalitate dīne volūtatis pcedit: sed rō cōferendi per liberalitatē est amor.ergo videt q fm q̄libet dona creature collata spi.scūs detur vel pcedat. ℂ P.in collatione cuiuslibet doni creatura fm aliquē respectuz se habz ad deum fm quē pus nō habebat. assimilat enim sibi fz participationē illius perfectiōis:quā de nouo a deo recepit. sed h erat spi.scm̄ tēporaliter pcedere qō significari spi.scūz in habitudine aliqua ad creaturā: ex eo q creatura nouo modo referebat ad ipz. ergo videt q spi.scūs etiā fm dona naturalia mittat:t nō tm̄ fm gratū facientia. ℂ P.fm Aug. mitti est cognosci q ab alio fit: sed aliquis sine gratia gratū faciēte pōt cognoscere spi. scūz ab alio esse per fidē ifozmē. g videt q pcessio tpal' nō semp sit fz donū gratū faciēs. ℂ P. Raba⁹. dic q spi.scūs datus est apl'is ad opationē miraculoꝝ. h aūt donuz nō est gratū faciēs:sed tm̄ gratis datuz. ergo ēt fm h dona pōt attendi temporalis pcessio spi.sci.

Contra Sap.i. Spi.scūs discipline effugiet fictū. g cunq; aūt caret gra gratū faciēte pro ficto hr. ergo in nullū talē spi.scūs pcedit. ℂ P. spi.scūs nō pcedit in aliquez nisi quē inhabitat de⁹ sicut in tēplo suo: qz per spi.scūz efficit gs tēplū dei.i. Cor.6. Sed in nullo dr habitare deus nisi per grāz gratū facientē. g fm h donum tm̄ tēporalis pcessio spi.sci attēdit.

Respondeo dōm q in exitu creaturaruz a p pn⁹ attendit q̄dā circulatio vel regiratio:eo q oia reuertunt sicut in finē in id a quo sicut a pncipio. pdierūt. Et iō oz vt p eadē gb⁹ est exit⁹ a pn⁹:t reditus in finē attēdat. ℂ Sicut igit dcm̄ ē:q pcessio psonaruz est rō pductionis creaturarū a pmo pncipio. ita etiā est eadē pcessio rō redeūdi in finē. Quia per filiū t spiri. scūz sicut t cōditi sum⁹:ita ēt t fini vltimo ꝓiungimur: vt pz ex vbis Aug. positis in 3a di. vbi dicit. Principium ad qō recurrim⁹. s. pfem. et fozmā quā sequimur. s. filiū tc. t Dyl. dicit. ifra. 31.di. Ad vnū initiabile oium initiū per filiū vniuersa referimus. Scōm h g, pcessio dīnarū psonarum in creaturas pōt considerari dupliciter. Aut inquantū est ratio exeundi a pncipio: t sic talis pcessio attenditur fm dona nālia in qbus subsistimus: sicut dicit a Dio. diuina sapia vel bonitas in creaturas pcedere:sz de tali pcessiōe nō logtur h. pōt ēt attēdi inq̄tū ē rō redeundi in finē. t sic est fm illa dona tm̄: q̄ prime coniungunt nos fini vltimo. s. deo: q̄ sunt grā gratū faciēs t gloria:t de ista pcessione loquimur h. Sicut.n. in gnātione naturali generatū nō coniungit generāti in similitudine speciei:nisi in vltimo generatiōis:ita etiā in participationibus diuine bonitatis nō est imediata cōiūctio ad deū per pmos effectus qbus in esse nature subsistimus: Sed per vltimos qbus fini adherem⁹: t iō cōcedim⁹ spi.scūz nō dari nisi fm dona gratū facientia.

Ad primū g dōm q q̄uis in collatiōe donoꝝ nālium vel gratis datoꝝ attēdat magna liberalitas:tm̄ perfectio liberalitatis attēdit in his q vltime pfectioni cōiungunt:t ista sunt q imediate ordināt nos in finē:t iō fm ista dona pcipue spi.sci pcessio attenditur. ℂ Ad secundū dōm q in processione spūs fm q h loquimur: put. s. claudit in se dationē spi. sci non suffic q sit noua relatio q̄liscunq; est creature ad deū. sed opz q referat in ipm sicut ad habitū:qz qō dat alicui habet aliquo modo ab illo. Persona aūt diuina nō potest haberi a nobis nisi vel ad fructū perfectuz: t sic habetur per donum glorie aut fm fructum imperfectuz: t sic habet per donū gratie gratū facientis. Uel potius sicut id per qō fruibili cōiungimur inq̄tuz ipse persone diuine quadam sui sigillatione in animabus nostris relinquūt q̄dā

dona gb⁹ formaliter fruimur. s. amore ⁊ sapientia: ꝑpter qō spi. scūs dr̄ eē pignus hereditatis nostre. ¶ Ad tertiū dōm q⁹ non qualiscūq; cognitio sufficit ad rationez missionis: sed solum illa que accipiť ex aliquo dono apꝓpato persone: per qō efficiť in nobis cōiunctio ad deuz: ſm modum ꝓpriuz illius persone. s. per amorez quādo spiri. scūs datur. Unde cognitio est ista quasi experimentalis. ¶ Ad quartuz dicendus q⁹ quāuis operatio virtutū nō sit donum gratuz faciens. tamē cum dono gratuz faciente conferri potest. Et qz apostoli hic donuz nō sine gratia gratum faciente acceperunt: ideo dicunť tempꝓaliter accepisse spi. scūz in collectione huius doni.

¶ Utz spūs scūs detur a viris sanctis. Qō. III.

Deinde queriť a quo spi. scūs ꝓcedit. ⁊ qriť ḃ vtz spi. scūs deť a scīs viris. a lia. n. q̄ ad hanc inqsitionem ptinēt ifra dicenť. Uideť autē q⁹ scī viri spi. scīm dare pūt. Remissio. n. pctōz nō fit nisi per spi. scūz: ſz scī viri pūt remittere pctā. Jo. zo. Quoz remiseritis pctā ⁊c. g̊ vr̄ q⁹ pūt dare spi. san. ¶ P̄. gra spi. scī est siē lumē spirituale: ſz vnū coꝛp⁹ illuminatū lumie coꝛporali pōt ⁊ aliud illuminare. ergo ⁊ vnus existēs in gratia pōt alteri gratiā cōferre. ¶ P̄. qui dat occasionē dāni damnū dedisse videť. ergo q facit aliqd quo facto cōferretur gratia spi. scī videtur gratiā spi. sancti cōferre: sed ministri ecclesie sacra dispensant in qbus gra spi. sancti dať. g̊ videť q⁹ spi. sanctū dare possint.

Contra dans nunq̄ est iferioꝛ eo qō dať. Sz glibz minister eccl'ie ē iferioꝛ spi. scō: ⁊ q̄ si instrumentum ipsius. g̊ nullus talis spi. scūz dare potest. ¶ P̄. spi. scūs nō dať nisi in gratia gratū faciente: gram aūt talem nulla creatura cōferre pōt. g̊ nec spi. scūz. Probatio medie. nullū ifinitū pōt eē a potētia finita. gra aūt habz quādā vtutē ifinitā: inq̄tuz. s. ipsi deo: q est ifinit⁹: cōiungit. g̊ cū oīs potentia creature sit finita. gra gratū faciēs a nulla creatura conferri potest.

Contra. missio dīne psone est tn̄ fm gram gratum faciēte: vt dcīn ē. b⁹ aūt creature rationales tn̄ capaces sunt. ergo ad eas tantū fit missio.

¶ Ulterius queri vtruz ad oēs sanctos rōne augmenti gratie dicat mitti filius vel spiri. sanctus. Et videtur q̄ nō. Qz missio dicit nouuz modū exīdi psone dīne ī creatura: fz p gre augmētū nō dr alio⁹ de⁹ eē ī scis q̄s p̄us. g̊ ad eos nō fit missio dīne psone. ¶ P̄. missio psone fit ad reuocādū rōnalē creaturā: vt magr dic: fz nō reuocant nisi errātes. g̊ cū sancti nō sint errantes ad eos nō fit missio. ¶ Cōtra spiri. sanctus missus est ad apl̄os ī pētecos. in visibili missiōe: fz missio visibilis demōstrat īuisibilē. g̊ ēt ⁊ īuisibilr: fz ipsi p̄us bēbant gram. g̊ fm augmētum gre in sanctis dicit ad eos mitti fili⁹ vel spūs scūs.

¶ Ulterius queritur vtruz ad angelos ⁊ ad alios beatos fiat missio spiri. sancti. Uidet q̄ nō. Missio enim semper est fm aliquez effectum gratie cui in eo mittitur: sed in angelis ⁊ beatis q̄ deuenerūt ad terminū vite: neq; dat de nouo gra: neq; auget. g̊ ad eos nō fit missio. ¶ Itē nō

est idem nũcius ⁊ ad quẽ fit missio: sed in missione filij ⁊ spũs scĩ angeli se habẽt vt nũcy: qz custodiũt ⁊ suggerũt. ergo videt̃ q ad eos nõ fiat missio: qz sic oporteret ire in infinitum. ¶ Sed cõtrarium habetur ex lr̃a.

¶ Ulteri⁹ q̃rit̃ vtrũ ad xp̃m fm q hõ possit fieri missio. Videt̃ q nõ. missio. n. semper ẽ ad distãs: sz humana nã nunq̃ fuit ĩ xp̃o distãs a dĩna: ĩmo a p̃n⁹ ꝯceptõis sue fuit ꝯiũcta p vnionẽ: ⁊ p plenitudinẽ oĩs gr̃e. g̃. vr̃ q ad eũ nõ fiat missio. ¶ P̃. missio ẽ ad scificãdũz creaturã: scificat̃ aũt qõ nõ ẽ scñ: cũ igit̃ xp̃s nũq̃ fuerit nõ sanctus: vr̃ q ad eũ nõ possit fieri missio. ¶ Cõtra missio spiri. sancti ẽ ip̃a datio: sz spiri. sanct⁹ dat⁹ ẽ xp̃o: vt dr̃ Jo. 3. Non. n. ad mensurã ꝛc. g̃. ad deũ fit missio. ¶ P̃. missio visibilis est signũ ĩuisibilis: sed ad xp̃m facta est missio visibilis spir. sancti ĩ colũbe spẽ. Matth̃. 3. g̃. ⁊ ĩuisibilis.

Respondeo dõz: q cũ missio dine p̃sone sit solũ in donis gr̃e gratũ faciẽtis: ad illos solũ fit missio gbus h̃ dona ꝯferri p̃nt. ⁊ iõ ꝯcedimus q ad oẽs rõnales creaturas põt fieri missio nisi sint depr̃auate per obstinationẽ in malo sicut demones ⁊ dãnati ⁊ non ad irrationales creaturas.

Ad primuz igit̃ dõm: q scificari tripl'r dr̃. Uno⁰ fm q sanctũ dr̃ mũdum, put scificatio dr̃ emũdatio a pctõ p gr̃am. Alio mõ fm q sanctũ dr̃ firmũ: dr̃ scificatio ꝯfirmatio in bono p donũ gr̃e vel glorie. Et istis duob⁹ modis est tñ in rõnali creatura: ⁊ fm hos tñ fit missio. Tertio mõ dr̃ scificatio fz q aligd ac ꝯmodat̃ ad vsuz dĩni cult⁹: quẽ decet oĩs mũditia: ⁊ hoc mõ dr̃ tẽplũ ⁊ vasa scificari. ¶ Ad z^m dõm: q in sacr̃is nõ habẽt gr̃a sicut in subo gr̃e: sz sicut in instr̃o in quo cõfert̃ gr̃a. De hoc tñ habebit̃ in 4.⁰ vñ sanctificatio sacr̃orum ptinet ad tertiũ modũ: fm quẽ nõ fit missio. ¶ Ad 3^m dõm: q missio ptinet ad reditũ creature in finẽ. ⁊ ideo nõ põt eẽ missio nisi fm illa q̃ põt dicere rel'onez in finẽ: sz gr̃atio filij ĩquãtũ filius est dr̃ tñ fm exituz a p̃n⁰. ⁊ iõ fm rõnẽ illã nõ ptinet ad missionẽ: sz magis ad creatõez fm q res educunt̃ in esse, put dr̃ q p filiũ oĩa facta sunt: sz rõ vbi ⁊ amoris possunt se bẽre ad vtrũq;. ⁊ ideo ratio verbi ⁊ amoris pertinet ad creationem ⁊ ad missionem. ¶ Et p̃terea imitatio diuine nature quã filius⁰ perfecte accipit est etiã fm p̃mos effectus gbus in eẽ nature subsistimus: qui nõ sufficiũt ad talẽ cõiunctionis rationem qualem missio requirit. ¶ Quartum cõcedimus.

¶ Ad id qõ ulteri⁹ q̃rit̃ dõm: q filius ⁊ spiri. sanct⁹ dicũtur mitti ad sanctos fm augmẽtũ gr̃e. Sz augmẽtuz gr̃e põt eẽ dupl'r: aut fm itẽrationẽ eiusdẽ vtutis tñ: ⁊ rõne huius augmẽti nõ dr̃ noua missio: aut fm q p augmẽtũ gr̃e pficit in nouũ vsuz vel actũ gr̃e: ⁊ fm hoc dr̃ spiri. sanct⁹ ⁊ filius⁰ mitti noua missiõe. vbi gr̃a. Noticia talis q̃ habet̃ de deo vt ex ea ꝓcedat amor sufficit ad rõnez missionis filij. Qñ aũt ita noticia p ĩspirationẽ eleuat̃: vt etiã diuina mysteria cognoscat sic dat̃ in dono ꝓphie. Et sil'r est de spiri. sancto: qz amor charitatis gcunq; sufficit ad missionẽ spiri. sancti: sz qñ vtus amoris excrescit vt rõne amoris ꝯferat̃ sibi aligs ali⁹ vsus gr̃e: vt miracula facere: vel sine difficultate oẽm tẽtationẽ vincere vel aligd h̃. tũc dr̃ eẽ noua missio spir. sancti. Quidã tñ dicũt q in omni augmẽto gratie gratũ faciẽtis est missio diuine persone: qõ etiã facile põt sustineri. ¶ Ad p^m igit̃ dõm: q quãuis nõ sit alius modus accipiẽdo generales modos: tñ est secundũ aliquẽ spãlem modũ ĩquantũ fm spãlez vsuz gratie assimilat sibi illũ ad quẽ fit missio. Uel ẽt est ĩ eo pleniori mõ. ⁊ hoc sufficit ad missionẽ quãtũ ad secũdã opinionẽ. ¶ Ad z^m dõm: q reuocare aberrãtez accidit missioni ex p̃te ei⁹ ad quẽ fit missio q est in culpa, missio enim determinat terminũ ad quẽ: vt. s. p missionẽ gr̃a cõferat̃: nõ aũt ex rõne missionis determinat̃ terminus a quo: siue sit status culpe: siue sit status nãliuz tñ: vel ẽt status minoris gr̃e. Uel dõm q q̃uis nõ reuocet actu errãtem: tñ gr̃a facit ne erret. ⁊ hec ẽ q̃daz reuocatio ab erroꝛe.

¶ Ad id qõ ulteri⁹ q̃rit̃ de angelis ⁊ beatis dõm: q visio que est eẽntialis beatitudini: ⁊ charitas: ⁊ hõ q̃ pertinẽt ad p̃miũ subale nõ augent̃ in eis ex quo iaz btĩ sunt effecti: sz p hoc nõ tollit̃ gn aliq̃ reuelationes noue fiãt ĩ eis: cũ quãtũcũq; pficiat̃ eoꝝ cognitio in infinituz a dei cognitione excedat̃: ⁊ fm illas nouas reuelationes cõsurgunt ad dei amorẽ: nõ gdẽ vt magis ament: sz vt sub alia rõne eoꝝ amor dirigat̃ in deũ. ¶ Dõm igit̃ ad p̃mum q angelis facta est missio filij ⁊ spũ scĩ in ipsa collone gr̃e vl'glorie. Ulterius ẽt fit ad eos missio filij ⁊ spũ scĩ postq̃ beati sunt effecti fz nouas reuelatiões ⁊ nouos modos amãdi. Et p hoc p̃z rñsio ad p̃muz: qz q̃uis nõ fiat ad eos missio fm augmentũ gratie ĩtensiue: fit tñ fm q quodãmõ eoꝝ gr̃a extẽsiue ad pl'a augeat̃ ex nouis reuelationibus. ¶ Ad z^m dõm: q in eadẽ missiõe nõ est idez nũcius ⁊ ad quẽ fit missio: sed in diuersis nõ ẽ incõueniens. Dico igit̃ q in missiõe dĩnaꝝ p̃sonarũ ad nos angeli sunt missi vel nũcy: nõ tãq; ipsi mẽti illabẽtes: sz p ministeriuz exteri⁹. In missione vo que fit ad eos nõ sunt ipi sicut nũcy: nisi forte fm q superiores angeli cooperant̃ diuinis p̃sonis in illuminatiõe inferioꝝ: sed tñ nõ erit abire in infinitũ: qz est deuenire ad supremos angelos qui immediate lumen diuine reuelationis recipiunt.

¶ Ad id qõ ulteri⁹ q̃rit̃ de xp̃o dõm: q nõ ẽ dubiũ gn ad humanã nãm in xp̃o missus sit dei filius⁰ missiõe visibili q̃ est in carnẽ. Sz vtꝝ ad xp̃m fm q hõ est mittat̃ filius⁰ ĩuisibiliter: vel spiri. sanct⁹ visibil'r vel ĩuisibil'r dubiuz est. Quidã. n. dicũt q ad ip̃s nulla ĩuisibilis missio facta est. Cui⁹ rõnẽ assignãt. Qz xp̃s ab initio ꝯceptionis sue plen⁹ fuit omni gr̃a. vñ gr̃a in eo nullo mõ fuit augmẽtata. Et iõ neq; rõne collonis gr̃e: neq; rõne augmẽti põt ad eum fieri missio ĩuisibilis: sed missio visibilis spiri. sancti ad ip̃suz facta est ad manifestationẽ ĩteriozis gr̃e ⁊ nõ alicuius missionis ĩteriozis que aliquã nouitatẽ in gr̃a imporꝛtaret. ¶ Aly dicũt ⁊ verius vt videt̃ q ad aiam xp̃i fcã est missio ĩuisibilis in collone gr̃e quã in initio sue cõceptiõis accepit: sed postmodũ nulla missio ad eũ facta est: quia nulla circa ip̃sius gratiã innouatio facta est. ¶ Ad p̃mũ dõm: q humana nã q̃uis tpe nõ fuerit añ vnionẽ: tñ p̃us est ip̃saz cõsiderare fm ĩtellectũ in se q̃tũ vt vnitam. ⁊ iõ ad ip̃saz fit missio filij p gr̃am vnionis: que dicitur missio ĩ carnẽ. Simil'r ẽt fm q ĩtelligit̃ vnita adhuc est distans a dĩna nã fm cõditionẽ nãe: q̃uis nõ fm vnitatem p̃sone. ⁊ iõ ad nãm humanã ẽt vnitã põt fieri missio p gr̃am ĩuisibilẽ in mẽtem: q̃uis tpe nã gratiã nõ p̃cedat. ¶ Ad z^m dõz: q scificare est sanctũ facere: sanctũ aũt facere cõtingit dupl'r: vel ex nõ scõ: vel ex sancto. Ex nõ sancto dupl'r. Uel p̃uatiue. i. q p̃mum fuerit natũ habere scitatẽ nõ hñs. ⁊ sic sanctificari nõ ꝯuenit xp̃o. Uel negatiue: ⁊ sic cõuenit xp̃o: ex nõ sancto fieri scũm fz humanaz nãm: que p̃us q̃ esset: scã nõ erat. ⁊ hoc sufficit ad rõnem missionis. Ex sancto aũt fieri sanctum est duplici ter. Uel ex min⁹ sancto facere magis sanctũ ⁊ in tali sanctificatiõe adhuc saluat̃ rõ missionis. Sz talis scificatio vel missio xp̃o nõ cõpetit: vel fm ꝯtinuatõez scitatis: vt sit scificari in scitate cõtinuari: sed hoc p̃ẽ nõ dr̃. Uñ h̃ scificatio nõ sufficit ad rõnez missionis: qz nõ ponit̃ aliq̃ ĩnouatio q̃uis talis scificatio xp̃o cõueniat: vt ipse dicit Jo. 17. Ego p eis sanctifico meipsum. ¶ Ad 3^m fm aliaz opinionẽ põt dici q nõ omnis datio est missio: sz illa que

fit alicui ꝑexñti: quãuis hoc nõ multũ habeat rationis.
¶ Ad quartũ ꝑz responsio per predicta.

¶ Utꝝ missio inuisibilis fuerit plenior post incarnationem ꝗ̃ ante. II.

AD secundũz sic ꝓcedit: vr̃ q̃ missio inuisibilis nõ plenior fuerit post icarnationẽ ꝗ̃ añ. missio enĩ fit p ꝗ̃dã irradiationẽ dĩne bõitatis ĩ donis gr̃e gratũ faciẽtis: ſz ſol corpal' cui bonitatẽ diuinã Dio. assimilat. 4. cap. de di. no. semp eq̃liter irradiat. g̃ videt̃ q̃ missio omni tpe equaliter fiat. ¶ ꝑ. Augu. dicit q̃ celibatus Job. nõ ꝓfert̃ cõiugio abrae: ⁊ ita videt̃ q̃ sancti no. te. non sint maioris meriti ꝗ̃ sancti ve. te. sed plenitudo missionis attendit̃ ſm copiã gr̃e que est ꝑn̄ merẽdi. g̃ vr̃ q̃ nõ pleni⁹ sit facta post incarnationẽ ꝗ̃ ante. Dec ẽt vr̃ q̃ sancti ve. te. ꝓponunt̃ nobis in exemplũz perfecte virtutis. sicut ꝑz ad Heb. xi. vt Job ꝓponit̃ in exemplũz patiẽtie. Abrahã in exemplũ fidei. ⁊ sic de alys.

Contra. Augus. z. de tri. exponẽs illud Jo. 7. nõduz erat spũs dat⁹ ⁊c. qũo hoc intelligit̃ nisi q̃ illa datio spũs vel missio futura erat q̃lis nũq̃ ante fuerat. nõ. n. antea nulla erat: ſz nõ talis erat. g̃ vr̃ q̃ post incarnatõem plenior fuerit. ¶ ꝑ. tps icarnationis dr̃ tps plenitudis. Ha. 4. Nõ aũt nisi pp plenitudinez gr̃e. g̃ vr̃ q̃ pleni⁹ gr̃a collata sit ⁊ missio facta h̃ tpe ꝗ̃ añ.

Respondeo dr̃m: q̃ de missiõe possumus log du pliciter. Uel ex pte ipsi⁹ mittentis: ⁊ sic cũ apud ipsũz nulla sit trãsmutatio equalis fit missio in omni tpe: nisi forte ſm ꝑdeterminatõez sapie ⁊ ꝓsciẽtie sue: ſz q̃ ꝓordinauit sine sui mutatiõe ſz diuersas cõgruitates tẽpoꝝ aliqd vno tpe facere ⁊ non alio. Uel ex pte eoruz ad quos fit missio: ⁊ sic illi q̃ magis sunt parati ad ꝓceptionẽ gr̃e plenioꝝ gratiã ꝓsequunt̃. ¶ Dr̃m igitur q̃ q̃ per aduentũ xp̃i remotũ est obstaculũ antique dãnatiõis totũ humanũ genus effectũ est pati⁹ ad perceptionẽ gr̃e ꝗ̃ ante: tum pp solutionez p̃cy ⁊ victoriã dyaboli. tũ etiã ꝓpter doctrinã xp̃i per quã clarius nobis innotescũt diuina. ⁊ iõ loquẽdo cõiter. plenior facta est missio post icarnatiõez ꝗ̃ ante: q̃ de plenitudine ei⁹ oẽs accepimus. Sz vez est q̃ ꝗ̃si ad aliquas spãles ꝑsonas est in ve. te. plenissima facta missio ſm ꝓfectionem vtutis: ⁊ ipsi tñ de plenitudine xp̃i acceperũt inquãtuz in fide mediatoris saluati sunt ſm Augustinum.

Ad primuz igit̃ dr̃m: q̃ illa rõ ꝓcedit ex pte ipsi⁹ mittẽtis: q ꝗ̃tũ in se est semp eq̃liter se hz ad gr̃am cõferẽdã. ¶ Ad z^m dr̃m: q̃ sci ve. testa. dupliciter pñt ꝓsiderari. Uel ꝗ̃tuz ad gr̃am ꝑsonalẽ ⁊ sic p fidẽ mediatoris ꝓsecuti sunt gratiã eque plenaz his qui sunt in no. te. ⁊ multis plus ⁊ multis min⁹. Uel ſm statũ nãe illi⁹ tpis: ⁊ sic cũ adhuc ꝓtinerent̃ obnoxy dine sentẽtie ꝓ peccato ꝑmi parẽtis nõdũ soluto ꝓtecio erat in eis aliqõ impedimẽtũ vt nõ ad eos: ita plena missio fieret sicut fit in nouo testa. etiã per traductõez in gloriã in qua omnis perfectio nãe amouetur.

¶ Utꝝ per missionẽ inuisibilẽ efficimur ne simus in boc mundo. III.

AD tertiuz sic ꝓcedit: vr̃ q̃ per missionem inuisibilẽ efficimur q̃ nõ i hoc mũdo simus. Qui. n. ẽ i celis nõ ẽ in mũdo: ſz apls in persona oĩum sanctoꝝ dicit phi. 3. Nr̃a ꝓuersatio in celis ẽ. g̃ videt̃ q̃ sancti ad quos fit missio nõ sint in mũdo. ¶ Itẽ Augu. dicit q̃ aĩa veri⁹ est vbi amat ꝗ̃ vbi est: ſz esse cẽntialr̃ in aliquo est verissimus modus essendi in eo. g̃ sancti essentialiter sunt in celestibus que amant. ¶ ꝑ. cũ aĩa sit ſuba incorporalis nõ determinat̃ ad locum nisi per accidens. ibi g̃ erit aĩa essentialiter vbi est ꝑ accidẽs: sed in suo obiecto est aĩa ꝑ accidẽs sicut in sua mã. g̃ cẽntialiter est vbi est suũ obm.
¶ ꝑ. nos dicimus angelos cẽ in aliquo loco: ꝓpter hoc q̃ ibi operant̃: sed opatio anime est circa obm. ergo anima essentialr̃ est vbi est suum obiectum.

Contra. forma nunq̃ excedit id cui⁹ est forma: sed aĩa est forma cẽntialis corporis. g̃ nõ ẽ cẽntialiter nisi vbi est corpus: corp⁹ aũt nunq̃ est extra mũduz ꝗ̃diu viuimus. ergo missio inuisibilis non facit nos in hoc mundo nõ esse.

Respondeo dõz: q̃ aĩa nr̃a cõparat̃ ad duo. s. ad corpus cui dat esse ſubale: per q̃ ẽt ipsa est. nõ. n. est aliud aĩe esse ꝗ̃ hoc q̃ corpori dat: vt ſu ꝑa dcñ est. Comparat̃ etiã ad obiectũ ſuũ a quo recipit esse ſm perfectionẽ secundã: q̃ est cẽ accñtale. Et iõ aĩa cẽntialr̃ est vbi est corp⁹ ſuũ ad q̃ hz cẽntialẽ relationẽ. Ubi aũt ẽ obm ſuũ nõ est cẽntialr̃: ſz ſolũ p quãdã cõformitatẽ: put dr̃ q̃ scia est assimilatio sciẽtis ad rẽ scitaz.

Et hoc modo itelligit̃ q̃ dr̃ in lr̃a ſm q̃ aliq̃ eternũ mente percipimus nõ in hoc mũdo sumus: q̃ nõ cõformat̃ affectus noster ⁊ intellectus mũdanis reb⁹ caducis: sed celestibus ⁊ eternis: ⁊ sic ẽt itelligẽdũ ẽ q̃ apls dicit. Nr̃a ꝓuer. ẽ. ¶ Uñ ꝑz respõsio ad ꝑmũ. ¶ Ad z^m dõz: q̃ ꝗ̃uis esse substãtiale aĩe sit in cõiunctõe ad corpus: tñ tota nobilitas ipsius est secundũ q̃ per act⁹ ſuos nobilissimos ſuis perfectionibus ꝓiungit̃. Et iõ Augu. dicit aĩam verius esse vbi amat: q̃ ibi est ſm suũ nobilius cẽ q̃ est ſm perfectionẽ vltimã.
¶ Ad 3^m dõm: q̃ locus nõ cõuenit aĩe nisi per accñs: tñ ad hoc q̃ in loco essentialiter cẽ dicat̃ opz q̃ cẽ essentialiter cõiungat̃ ei rõne cui⁹ sibi locus attribuit̃: sed aĩa nõ cõiungit̃ obo suo cẽntialiter: ſz tñ ſm similitudinẽ ipsi⁹ receptã in aĩa: q̃ lapis non est in aĩa: sed spẽs lapidis: ſm pbm: cui ẽt spẽi siue intẽtioni cõiungit̃ aĩa nõ quantũ ad esse ꝑmũ: q̃ est substãtiale: ſz quãtũ ad esse scõm q̃ est esse accñtale. Et iõ rõne obiecti sui nõ dr̃ aĩa cẽntialiter esse in loco. ¶ Ad 4^m dõm: q̃ operatio angeli in res corporales est operatio actiua. ⁊ ideo opz q̃ ꝑ virtutẽ ſuam que nõ separat̃ ab essentia sua cõiungat̃ corpori in quod opatur sicut motor mobili: sed operatio aĩe itellectualis in rẽ quã cognoscit ⁊ diligit est opatio nõ actiua sed receptiua. ⁊ ideo nõ opz q̃ cõiũgat̃ ei cẽntialr̃: ſz q̃ itẽtio illi⁹ recipiat̃ in ipsa aĩa. ¶ Expõ scõde ptis textus.

SEcunduz quã ẽt missus posset dici: q̃ ex ipo q̃ filius a pr̃e est cõueniẽtiã hz vt ab eo mittat̃ vt missio nõ secundũ actũ missionis itelligat̃: sed ſm aptitudinẽ ad missionem. (Et tũc vnicuiq; ⁊c.) Hoc itelligẽdũ est nõ tñ de cognitione speculatiua: ſz q̃ est etiã quodãmõ experimẽtalis: q̃ oñdit hoc q̃ sequit̃. (Atq; ꝓcipit̃.) q̃ ꝓprie experientiã in dono ꝓcepto demõstrat. Dicit̃ aũt aĩa rõnalis in deũ ꝑficiẽs quãtum ad statum via perfecta in deo quãtũ ad statuz pr̃ie. vbi vtraq; missio cõplebit̃ ꝓpter pfectã cognitionẽ ⁊ perfectũ amorem. (Quo quottidie mittit̃ ad sanctos.) nõ q̃ ei q̃ gr̃az hz quottidie missio fiat: sed p hoc oñdit̃ nullũ tps cẽ determinatuz missioni spiri. sancti vel filij: ad q̃ dĩna liberalitas coaptetur. (Principiũ totius dinitatis ⁊c.) Hoc põt exponi dupl'r. Ut in totalitate deitatis pfectio desig̃netur: ⁊ sic ꝓncipiũ totius deitatis pater dicit̃: iquãtuz est ꝑn^m filij in quo est pfecta deitas: ſz hoc itentõi Augu. nõ cõpetit: q̃ p hunc modũ ẽt fili⁹ totius dinitatis ꝓncipiũ diceret̃: q̃ spiri. sanct⁹ cuius est ꝓncipiũ pfectã diuinitatẽ hz. Unde meli⁹ exponit̃ vt desig̃net̃ totalitas di-

uinaꝝ personaꝝ quātū ad numerum: vt sic itelligaī p̄n̄m totius diuinitatis:qz in oībus psonis diuinis ipse est p̄ncipiū: nō q̄ sui ipsius p̄ncipiū sit.sicut ꝛ fundamētū dicitur p̄ncipiū totius domus:quāuis non suiipsius. ideo vo melius dicī p̄ncipiū deitatis q̄z diuinitatis. Quia dīnus a deo denoīaī. vñ diuinitas importat participatā deitatem:ꝛ nō p essentiā:qualiter in deo est.

¶ De missione spiri.sci que fit duobus modis visibiliter ꝛ inuisibiliter. ¶ Di. XVI.

NUnc de spū scō videndum est p̄ꝛ ter illā ieffabilē ꝛ eternā ꝓcessionē q̄ ꝓcedit a p̄re ꝛ filio ꝛ nō a seipō: que fit ei⁹ tpalis ꝓcessio q̄ dī missio siue donatio. Ad qō dicimus q̄ sicut fili⁹ duob⁹ modis dī mitti. Uno quo visibil'r apparuit.altero quo inuisibiliter castis mētibus ꝓcipitur. Ita ꝛ spiri.sanct⁹ a p̄re ꝛ filio ac seipso duob⁹ modis ꝓcedere siue mitti siue dari dī. vno visibiliter.altero inuisibil'r. Batus.n.ē visibilis creature demōstratōe.sicut i die penthecostes alīsq̄z vicibus. ꝛ daī quottidie inuisibiliter illabēdo mentibus fideliū.

¶ Primo de illo mō missionis q̄ fit visibil'r.

HAꝛ primo agamus de illo missionis mō q̄ fit visibili spē. De hoc Augu. in.ij.li.de tri.ita ait. In p̄ōptu ē itelligere de spiri.scō cur missus ipse dicaī. Facta ē. n.q̄dā creature spēs extpe in q̄ visibil'r oñderet spi.scūs cū in ipz dñz corpali specie colūbe descēdit: siue cū die penthecostes factus est subito ō celo sonus:quasi ferret flatus vehemens: ꝛ vise sunt illis lingue ditise sicut ignis:q ꝛ insedit sup singulos eorum. Hec opatio visibiliter exp̄ssa ꝛ oculis oblata mortalib⁹ missio spūs sci dicta est: non vt appareret eis ipsa suba:qua ꝛ ipse inuisibilis ꝛ icōmutabilis est sicut p̄r ꝛ fili⁹: ꝫ vt exterioribus visis corda hominum cōmota a rem porali manifestatione veniētis ad occultā eternitatē semp p̄sentis ꝙuerterent. Ecce bis verbis verbis aperit Augu.illū moduz missionis q̄ visibiliter exhibet:cū tamē ipse spūs i sui natura non videaī. Qui nec in illis creaturis magis erat q̄z in alīs:sed ad aliud. In illis.n.erat vt per eas ad homies veniētes oñderet esse in illis ad quos creature ille veniebāt. Nō.n.spi. sanct⁹ tēporali motu tūc venit vel descēdit in hoies: ꝫ per tpalē motū creature significata ē spūalis ꝛ inuisibilis spiri. sancti infusio. Et vt apertius dicā per illū modū missiōis spūs sancti corporaliter exhibitū monstrata est spūalis ꝛ interior missio spirit⁹ sancti siue donatio de qua agendum est.

¶ Cum fili⁹ sit minor patre p̄m formā creatāz in qua apparuit:cur nō ꝛ spūs scūs similiter.

SEd p̄ius q̄rendū est cū filius dicaī minor p̄re p̄m missionē qua i forma creata apparuit:cur spiri. sanct⁹ nō dicatur simil'r minor p̄re cū i forma creata apparuerit. Nā de filio q̄ minor sit p̄m formā qua missus apparuit:aperte oñdit Aug.i.iiij.li.de tri.dicēs. Adisit deus filium suū factum ex muliere factū sub lege vsqz adeo paruū vt factū:itaqz eo missuz quo fem̄. fateamur ergo factū minorē ꝛ itantū minorez iquantū factū: ꝛ itantū factū iquantū missum. Ecce hēs:qz fili⁹ iquantū est missus.i.fact⁹ minor est p̄re. Cur ḡ spiri.sanct⁹ nō dī minor patre:cū ꝛ ipse creaturam assumpserit in qua apparuit: Qz alr spūs scūs assumpsit creaturaz in q̄ appuit:aliter fili⁹. Nā fili⁹ accepit p vnionem:spūs vo nō. Fili⁹.n.accepit hoiem ita vt fieret hō:spūs vo scūs nō ita accepit columbā vt fieret colūba. De hoc Augu.i.ij.lib.de tri. ita ait. Jō nusq̄z scriptuz est q̄ de⁹ p̄r maior sit spū scō: vel spiri.sanct⁹ minor p̄re: qz nō sic est assumpta creatura in q̄ apperet spiri. sanct⁹ sicut assumpt⁹ est fili⁹ hois.in qua forma ipsius dei verbi psona p̄sitareī.non vt hēret verbū dei sicut alīj sancti sapiētes: ꝫ q̄ ipm verbum erat. Aliud est.n. verbū in carne aliud verbū caro.i. aliud est verbū in hoie.aliud est verbū homo. Caro.n. p hoie posita est in eo q̄ ait verbū caro factū est. Nō ḡ sic assumpta est creatura in qua apparuit spiri. sanct⁹ sicut assumpta est caro illa ꝛ humana forma ex virgine maria. Nō.n. colūbam vel illū flatū vel illum ignē beatificauit sibiq̄z in vnitatē persone cōiunxit spiri.sanctus i eternū. Aperte ex p̄dictis ostēsuz est p̄m q̄d filius minor dicatur patre: ꝛ quare fili⁹ dicatur patre minor: ꝛ non spūs scūs.

¶ Oꝛ filius p̄m q̄ homo factus est non mō patre:sed spū sancto ꝛ etiā seipso minor est.

NO tādū aūt q̄ filius p̄m q̄ homo factus est:nō tm̄ patre:sed spū scō ꝛ ēt seip̄o minor dicitur. Et q̄ etiā seip̄o minor dicatur ꝫ formā serui Aug. oñdit in p̄imo lib. de trinitate dicēs. Erraverunt hoies ea q̄ de xp̄o p̄m hominē dicta sunt ad eius substantiā que sempiterna est transferentes. Sicut illud qō ipe dñs ait. Pater maior me est:qō ꝓpter formaz serui veritas dicit:p̄m quē modū etiā seipso minor est filius: qūo.n.nō ēt seipso minor est factus qui seip̄m exinaniuit formā serui accipiēs: Non enim sic

accepit formã serui vt formã dei amitteret in qua erat equalis patri. In forma ergo dei vnigenitus pris est eqlis pri. In forma serui etiaz seipso minor est. Nõ g imerito scriptura dicit vtrũqz.s. t equalẽ pri filiũ: t patrẽ maiorez filio. Illud.n.pp dei formã. hoc aũt ppter formã serui itelligit. De hoc eodez in lib.vj. de trinitate ait. Dei filius equalis est patri fm dei formã in qua est: t minor prẽ fz formã serui quã accepit: in qua non modo patre: fz etiã spũ scõ: nec hoc tm̃: sed etiã seipso minor iuentus est: ppter quã vt idẽ ait in lib.cõtra maximinũ: hic etiã nõ tm̃ prẽ: sed etiã seipso spũqz sancto minor factus est: t ẽt minoratus est paulo min9 ab angelis. Est g dei filius vt ipse ait in. ij. lib. de trinita. deo patri natura equalis. habitu minor. i. in forma serui quã accepit. His auctoritatibus aperte oñditur filius fm formaz serui minor patre t seipso t spũ sancto.

¶ Hylarius aliter dicit. s. q pater sit maior nec filius tamen minor.

HYlari9 aũt dicere videtur q pater sit maior filio: nec tamen fili9 sit minor patre. Pater.n. dr̃ maior ppter auctoritatẽ: qz in eo est auctoritas generationis fm quã ipse fili9 dicit pater maior me est: t apostolus. Donauit ei nomẽ qõ est sup omne nomẽ. Cuz g ait pater maior me est hoc ẽ acsi diceret: donauit mihi nomẽ. Si ergo iquit Hylarius in lib. ix. de trinitate. Donantis auctoritate pater maior est: nungd p doni cõfessionẽ fili9 minor est. Maior itaqz donãs est: sed minor iaz nõ est cui vnũ esse donatur. ait.n. Ego t pater vnum sumus. si non hoc donat Jesu vt cõfitendus sit in gloria dei patris minor patre est. Si aũt in eadẽ gloria ei donatur esse qua pater est. habes t in donantis auctoritate. qz maior est t i donati ꝓfessione: qz vnũ sunt. Maior itaqz pater filio est: t plane maior cui tm̃ donat esse qztus ẽ ipse: cui inascibilitatis imaginez sacro natiuitatis ipartit: quez ex se i forma sua gnat. Audisti lector qd sup hoc dicat Hylari9 cuius verba vbicũqz occurrerit diligẽter nota pieqz itellige.

¶ Diuisio textus.

POstquã determiauit de processione tẽporali spiri. sancti in cõmuni. hic descendit ad speciales modos missionis. Et diuidit i partes duas. In pma determinat de missiõe visibili. In secũda de inuisibili. i7. dis. ibi. (Jã nũc accedamus) Prima in duas. In pma distinguit duos modos ppessiõis temporalis spiri. sancti. In scda oñdit differẽtiam ipsi9 ad visibilẽ missionem filij. ibi (Sed ꝑus querẽdũ.) Et b in duas. In pma ostẽdit differẽtiã per hoc q filius fm visibilẽ missionez minor prẽ dr̃: nõ aũt spiri. sancto. In secũda ex cõsequẽti ostẽdit aliũ modũ quo pr̃ maior filio dici põt qz propter missionẽ visibilẽ. ibi (Hyllari9 vr̃ dicere) ¶ Circa pmũ duo facit. Primo oñdit q filius ppter missionẽ visibilẽ minor prẽ dr̃: nõ aũt spiri. sancto. Scdo ostẽdit q ppter eãdẽ visibilẽ missionẽ fili9 seipso t spiri. sancto minor dici põt. ibi. (Notãdũ aũt q fili9 ꝛc̃.) ¶ Qõ. I.

AD itelligentiã huius ptis. 4. que runtur. Primo õ ipsa missiõe visibili fm se. Secũdo ad quos fieri debeat. Tertio quibus spẽbus. Quarto ꝑ quos missio visibilis administrata sit.

¶ Utrz missio visibilis ꝛueniat dine ꝑsone. I.

AD primuz sic procedit: vr̃ q missio visibilis dine persone nõ competat. Missio.n. est vt ꝑus dcñ est fm q dina ꝑsona aliquo nouo modo ẽ in aliquo quo ꝑus nõ fuit: fz in nulla creatura visibili põt esse aliquo mõ quo ꝑus nõ fuerit. est.n. i omnib9 creaturis eẽntial'r potẽtialiter pñtialiter. t ꝑter B ẽ in scis mẽtib9 p gr̃am: quo mõ in aliq̃ visibili corꝑeo eẽ nõ põt. g vr̃ q missio visibilis nõ sit eẽ. ¶ Si di. q eẽ in illis creaturis visibilib9 alio modo ẽ: qz sicut in signo. ¶ Contra. omnis effectus representans cãm suam est signum illius quo in ipsaz põt deueniri: sed omnes creature repñtant ipm deũ tanqz cãm p imaginẽ vel vestigiuz. g fm hoc in oĩbus creaturis mittet visibiliter: nec alio9 erit in illis visibilibus creaturis i quib9 mitti dr̃ qz ꝑus. ¶ P. rõ sacramẽti est q in ipso sit de9 sicut in signo visibili. si igit ppter hoc dr̃ visibiliter mitti: qz in reb9 visibilibus est sicut in signis. tũc ille res essent sacramẽta: t in omnib9 sacramẽtis eẽt missio visibilis. ¶ P. Augu. dicit in lra q ex hoc spiri. sanct9 visibiliter mitti dr̃ q facta ẽ q̃dã spẽs creature ex tpe in quo visibiliter oñderet: fz in apparitionibus ve. te. in visibilib9 creaturis oñdebãtur diuine ꝑsone: sicut ipsi abrae. He. 18. g̃ fm hoc videtur q missio visibilis nõ sit aliud qz apparitio. ¶ Si dr̃ q missio visibilis oñdit missionẽ inuisibilez: qõ nõ facit apparitio. ¶ Cõtra p missionẽ inuisibilẽ efficit aligs dignus dei amore: fz nemo scit vtrũ amore vel odio dign9 sit. Ec. 9. nũc vr̃ q vtile scire: qz alꝫ nõ esset ita hoi occultatũ. g vr̃ q nulla visibilis apparitio fiat ad missiõis iterioris manifestationẽ. ¶ P. nihil põt manifestari p aliqd nisi sufficiẽter illud ducat in ipm: fz nulla creatura visibilis ducit sufficiẽter in cognitionẽ gr̃e inuisibilis. g̃ vr̃ q inuisibilis missio p visibiles spẽs nõ manifestetur.

Respõdeo dõm: q sicut ꝑcessio tpalis nõ est alia qz ꝑcessio eterna eẽntialiter: fz addit aliquẽ respectũ ad effectũ tpalẽ: ita etiaz missio visibilis nõ est alia eẽntialiter ab inuisibili missione spiri. sancti: fz addit totam rõnem manifestatiõis per visibile signum. ¶ Ad rõnem ergo visibilis missiõis spiri. sancti tria concurrũt. s. q missus sit ab aliq̃. t q sit in alio fm aliquẽ speciales modũ: t q vtrũqz istoz per aliqõ visibile signum oñdat̃: rõne cuius tota missio visibilis dicitur.

Ad primuz g dõm: q illa visibilis creatura fm quã missio dr̃ visibilis alr̃ se hz i missione visibili filij t in missiõe visibili spiri. sancti. Quia i missiõe filij se hz nõ solũ vt q qõ vel in quo oñdit missio: sed ẽt vt ad qõ fit missio: qz nãm humana visibilẽ assumpsit in vnitatẽ ꝑsone: fm quã assumptionẽ visibiliter in carnẽ mitti dr̃. Et ideo in ipa nã visibili quodã nouo mõ existit. s. per vnionẽ: nõ tm̃ in aia: sed etiã in corꝑe. Et i missione visibili spiri. sancti illa creatura visibilis nõ se

habet vt ad qō fit missio: sed solū vt ostendēs missionez ꝯuisibilē factā in aliquē. ⁊ ideo non opz q̄ in illa creatura visibili sit nouo modo: nisi sicut in signo: sz est nouo modo in eo ad quez fit missio. ¶ Ad 2m dōm: q̄ quāuis oīs creatura significet deū esse ⁊ bonitatez ipsius: nō tamen significat ipsum esse per gr̄am in aliquo nisi ad hoc spāliter ꝯstituat sicut ille creature visibiles ad hoc specialiter facte sunt vt in eis p̄sentia spiri. sancti insinuet. ¶ Ad 3m dōm: q̄ per sacramēta significat p̄sentia diuine ĩhabitationis. sicut in signis institutis nō ad tēpus: sed semper: sed ille creature visibiles nō fuerūt ꝯstitute vt significarēt gr̄am diuine inhabitatiōis semp: sed soluz in illo tēpore determinato. ⁊ ideo nō est sile. Uel aliter dōm ⁊ melius q̄ sacramēta ve. le. significabāt quidē gr̄am affuturam: sed nō p̄sentē: eo q̄ in eis gr̄a nō conferebat. Sacramēta vo no. le. nō tm̄ sunt signa: sed etiā cause quodā modo. ⁊ iō nō significāt gr̄az vt iā habitā: sed vt p̄ sacramēta ĩducēdaz: sz ille spēs sunt tm̄ signa p̄sentis gr̄e ⁊ nō cause. sicut p̄z q̄ circa xp̄m ad quez visibilis missio facta est nihil gr̄e inuisibilis effectū est. Uñ etiaz oēs ad quos missio visibilis facta est gr̄am habēt: nō aūt oēs quibus sacramenta ꝓferunt gr̄am suscipiunt: qz causalitas sacramētoz impedit. significāt. n. gr̄am nō vt existētem: sz vt causandā quodā mō per ipa. ¶ Ad 4m dōm: q̄ missio visibilis ꝯcludit in se apparitionez: ⁊ sup̄ hoc aliqd addit. s. rōnem missionis que in duob⁹ cōsistit: vt dcm̄ est. Unde de rōne apparitionis nō est nisi qō aliqō diuinū in signo visibili manifestet: nō aūt q̄ manifestet ozigo vni⁹ persone ab alia: nec inhabitatio fm̄ spālem modū essendi in eo cui fit apparitio vel in aliquo alio. sicut p̄z ī apparitione facta Abrae: quāuis. n. apparuerūt tres ad manifestādum numez̄ personaz̄: tamē ozdo vnius persone secundum quez est ab alio: in illo signo visibili non manifestabatur. ⁊ inde est q̄ apparitio p̄t patri ꝯuenire: nō autez missio visibilis. ¶ Ad 5m dōm: q̄ nullus per se p̄t scire vtrum dignus sit odio vel amore: sed p̄t sibi diuinitus ꝓpter aliquā vtilitatem manifestari: ⁊ nō solum sibi: sed alys etiā qō est vni vtile nō est vtile omnibus. vñ nō opz q̄ si vni reueleť q̄ omnibus. ¶ Ad 6m dōz: q̄ q̄uis vna creatura visibilis nō sufficiat ad hoc q̄ ducat in cognitionem inuisibilis missiōis: tamē ex sua nouitate excitat videntes in admirationē ⁊ inquisitionē. ⁊ tunc inquirentibus p̄ gr̄am ꝯuisibilē ⁊ per doctrinā p̄dicatoris exteri⁹ p̄t missio ꝯuisibilis designata edoceri.

¶ Utz missio visibilis debuerit fieri ad p̄res veteris testamenti. II.

AD secundum sic ꝓcedit: videť etiā q̄ ad p̄res ve. te. missio visibilis fieri debuerit. Missio. n. visibilis est signum ꝯuisibilis missionis: sed ad p̄res ve. testa. facta ē missio ꝯuisibilis: vt supra dictum est. q̄ videť q̄ etiā visibilis fieri debuerit. ¶ P̄. cōstat q̄ gratia no. testa. est gr̄a plenitudinis inquātum de plenitudīe xp̄i omnes accipimus. Si igit̄ ad illos de primitiua eccl̄ia ꝓpter gratie plenitudinez missio spiri. sancti fiebat: videť q̄ et ad omnes fideles fieri debuerat. ¶ P̄. per visibiles missiōes ⁊ visibilia signa apostoli noticiam fidei in multos diffuderunt. ⁊ sicut dicit Marci vlti. Illi aūt ꝓfecti ⁊c. Sed sicut illi tenebantur ad p̄dicationem fidei: ita etiaz ⁊ p̄lati nostri tēporis. q̄ videť q̄ ad eos etiā missio visibilis fieri debebat. ¶ P̄. cōstat q̄ beata virgo plenissimā gr̄am habuit inter omnes puras creaturas. si igit̄ missio visibilis sit ad ostendendū plenitudinē gratie inhabitantis: videtur q̄ ad ipsam fieri debuerit missio specialis.

¶ Econtrario videť q̄ ad xp̄m nō debuit fieri missio. Missio enim visibilis est signū inuisibilis missionis: sed ad xp̄m nulla missio inuisibilis spiri. sancti facta est: nisi forte in principio siue conceptionis. ergo videtur q̄ postmodum nulla missio visibilis ad eum fieri debuerit.

¶ Respondeo dōm: q̄ sicut in missiōe ꝯuisibili spi. sancti ex plenitudīe diuini amoris redūdat gratia in mentē. ⁊ per illū effectuz gratie accipitur cognitio illius persone diuine experimēralis ab ipso cui fit missio. Ita in missiōe visibili attendit̄ ali⁹ gradus redundantie inquātum. s. gr̄a interioz ꝓpter sui plenitudinem quodāmodo redundat in visibilē ostensionē: per quā manifestatur inhabitatio diuine persone: non tm̄ ei cui fit missio: sed etiā alys. Unde opz q̄ ad missionez visibilem duo concurrant. s. q̄ sit gratie plenitudo in illis ad quos fit missio. Et vlteri⁹ q̄ plenitudo ozdinetur ad alios: vt per aliquē modū gratia abundans redundet in eos: ꝓpter qō manifestatio gratie ĩterioris nō tm̄ habenti: sz etiā alys fit. ⁊ ideo xp̄o p̄mo: ⁊ postmodū apostolis missio: visibilis. s. facta ē: qz per eos pluries gratia diffusa est fm̄ q̄ per eos ecclesia plantata est.

¶ Ad primum igit̄ dōz: q̄ quāuis aliqui patres ve. te. gr̄am plenissimā acceperit personalem: tamē qz nōdū erat tēpus gratie, ꝓpter impedimētum originalis peccati a quo nōdū morte xp̄i natura humana remediū acceperat. ideo nō debuit significari plenitudo gr̄e vt p̄sens: sed tm̄ vt futura in apparitionib⁹ ⁊ legalib⁹ sacramētis. Uel ex alia parte nō erat tūc tempus spiritualis propagationis: per quaz spirituali modo diuerse gentes in dei cognitione regenerant̄: sed carnali propagatione cultus diuinus a patrib⁹ in filios procedebat. ⁊ ideo nō debuit significari gratia per missionem visibilem que significat gr̄am tendētez in alios. ¶ Ad 2m dōm: q̄ fideles p̄mitiue eccl̄ie erant quasi semen qōdaz spirituale: per quos debuit pullulare fides in oībus gentibus. ⁊ ideo ad eos visibilis missio facta est ad ostendēdum q̄ per eos plantanda erat ecclesia in cognitiōe dei per vniuersum mundum. ¶ Ad tertiū dicendum: q̄ duplici ratione nō oportet modo fieri missionem visibilez sicut tunc. ⁊ primo quia iste est naturalis ozdo q̄ ex visibilibus in inuisibilia veniatur. vnde primis tanquā adhuc rudibus in dei cognitiōe signa visibilia ostendebantur. Sed iam modo innotescente ⁊ publicata fide sufficit cognitio in inuisibilibus signis que sunt dona gratiarum mentibus infusa. videmus enim aliquid proficere noue plantule q̄ postmodum sibi non adhibetur quando ad perfectum venit. Alia ratio est: quia signa illa ⁊ visibiles missiones fuerunt quasi argumentum confirmans fidei veritatem. illius autez cuius probatio semel perfecte facta est: non oportet probationem iterari: sed ex suppositione priozis probationis procedere: ita etiaz non oportet q̄ per noua signa modo fides probetur: sed per ea que tunc facta sunt. ¶ Ad quartum dicendum: q̄ inter alios qui fuerunt de primitiua ecclesia in die pentheco stes etiaz beate virgini visibilis missio spirit⁹ sancti facta est: sed quanuis singularem plenitudinem gratie consecuta sit: tamen non fuit ad ipsam facta missio visibilis specialis: quia nō ozdinabatur gratia sua ad plantationē ecclesie per modum doctrine ⁊ administratiōis sacramētoz̄um. sicut per apostolos factum est. vnde apostolus dicit p̄me thimo. secūdo. Mulierez̄ in ecclesia loqui non permitto. ¶ Ad quintum dicendum: q̄ missio visibilis ostendit missionem inuisibilem non semp tunc fieri: sed sufficit si etiā p̄ius facta fuerit. Quare autē tūc

missio visibilis ad christum facta sit dicetur infra.

¶ Utr missio visibilis fiat tñ i spē corporali. III.

ABtertiuz sic ꝓcedit.vr ꝙ missio visibilis nō soluz fiat in spē corporali.Est.n.triplex missionis genꝰ.s.corporalis:imaginaria:ꝛ intellectualis. vt dr in glo.Ysi.per quālibz aūt barū pōt fieri diuinorum manifestatio.ḡ vr ꝙ sicut est missio aliq̄ q̄ fit ſm visionem ītellectualē.s.per gratiā īuisibilem: ꝛ aliqua q̄ fit ſm corporalez.s.ſm spēs corporales.ita etiam fit aliq̄ ſm visionem imaginariā per species imaginarias.¶ Ꝑ. quāto aliquid nobiliꝰ est tanto nobiliores ꝓprietates habet.sed nobilioribꝰ ꝓprietatibus creatura nobilior diuinam bonitatē repꝛesentat.ergo cuz missio visibilis sit ad manifestandū diuinas personas.videt ꝙ semper ꝑ creaturas nobilissimas fieri debz:vt per stellam vel aliquid hȝ:ꝛ non per columbaz vel ignez.¶ Ꝑ.spiritū veritatis nō decet aliqua fictio:sed spūs scūs est spūs veritatis.vt dicitur Joan.i5.Ergo nō decet ꝙ per aliquas spēs quibꝰ non subsit rei veritas appareat:ꝛ ita videt ꝙ colūba illa in qua apparuit verum animal fuerit:ꝛ lingue ꝛ ignis vere lingue ꝛ verus ignis. Qō non videt. qz non comburebat ignis:ꝛ columba peracto illo officio reuersa est in pristinam materiam vt sancti dicunt. Et preterea si essent vere res non ducerētur in aliud.¶ Ꝑ.spi. sanctꝰ vnꝰ est vt dicitur.i.Cozin.io.Uno spū potati sumus: sed signum debet respondere signato.ergo videt ꝙ in vno tñ signo spi.sanctus apparere debuerit.¶ Ꝑ.sicut spi.sanctꝰ inuisibiliter mittit in mentem:ita ꝛ filiꝰ. ꝛ per vtrāq̄ missionem ordinat aliquis ad plantationē ecclesie. cū igit missio visibilis ad Ƀ ostendendū facta sit: videt ꝙ sicut spi. scūs visibilꝰ signis ad aliquos missus est: ita ꝛ filiꝰ etiā sine Ƀ ꝙ carnem assumpsit.

Respondeo dōm ꝙ sicut dictuz est missio visibilis fit ad significandū plenitudinez gratie redundātis in multos. ꝓpter qō manifestatio talis alys etiaz fit. Redundat autē gratia dupliciter.s.per instructionem ꝛ per operationez ſm ꝙ se habet aliq̄ modo ille in quo est gratie plenitudo efficienter ad gratiaz. Uterq̄ autem modus redundantie fuit in xp̄o. Ipse.n. per doctrinam suaz nos in dei cognitionem adduxit.vt dicit Joan.i.Unigenitus qui est in sinu ꝛc. Ipse etiā gratiam dedit inquantū deus effectiue: ꝛ inquātum hō per modum meriti. Unde ad significādaz redundantiā gratie ipsius in nos:per modū operatiōis facta est missio visibilis ad ipsum in baptismo:qz tunc ipse nihil accipiens a baptismo tactu sue mundissime carnis vitam regnātem contulit aquis:efficienter vt deus:ꝛ meritorie vt homo.Et ideo in specie columbe facta est ad euz missio spi. sancti ad significandū fecunditatez spiritualē:qz columba animal fecundissimū est.Propter qō etiā pater apparuit in sono vocis naturalem filiationez ipsius ꝓtestans dicens.Hic est filius meus dilectus ꝛc. Ad cuius filiationis similitudinē per baptismalez gratiā in filios adoptionis regeneramur.vt dicitur Roma.8.Quos prescivit et predestinauit conforꝛ.fieri yma.fi.eius. Ad insinuandam vero redundantiam gratie ex ipso in alios per modū doctrine apparuit spūs super ipsum in nube lucida: cuiꝰ est lumen spargere. Job.37. Nubes spargunt lumen suum In quo signatur effusio doctrine per predicationem ſm Greg.Et hoc in transfiguratione.vt dicitur Matth.i7. ſm glo.Augustini ꝛ Ber.Et ideo cum vox patris tunc super ipsum intonuit.Ƀ est filius meus dilectus.additur ē ipz audite. Unde patet ꝙ non oportet fieri visibilē missionem ad christuz a principio conceptionis sue: sed tūc quādo incepit eius gratia in alios redundare:similr etiā apostolis bis facta est visibilis missio spiri.sancti.Primo ad insinuandum redundantiam gratie ex ipsis per modum operationis in administratione sacramentorum in specie flatus vt legitur Joan.zo.Unde ꝛ ibi dicit. Quorum remi.ꝛc.Ut ostenderet quia talis auctoritas nō devenit in eos nisi ex influxu capitis.s.christi. Jn christum autez deuenit īmediate ab ipso patre:ꝛ ꝓpter hoc in ipso significabat hec auctoritas per volatum columbe desuper aduenientis. Jn apostolis autez per speciem flatus a christo procedentis.Secundo facta est ad eos missio visibilis ad insinuādū redundantiā per modum doctrine. ꝛ Ƀ in die pentȝ.vt legit ac.z.Et ideo apparuit super eis in linguis igneis verbis vt essent profui ꝛ charitate feruidi.zelantes ꝓmorum salutem.

Ad primuz igit dōm ꝙ visio imaginaria dicitur ꝓprie revelatio: ꝛ non apparitio vel missio:ꝛ hȝ visiones ꝓphetis sepe facte sunt. Jn missiōe enim visibili ostendit presentia gratie inhabitantis.species aūt que est in imaginatione:nō est necessario rei presentis:sicut species que est in sensu:ꝛ ideo per corporales species exteriori visioni subiectas magis debet manifestari interior missio q̄z per imaginarias.¶ Ad secunduz dicenduz ꝙ quāuis in nobiliorib creaturis diuine perfectionis similitudo quo ad attributa eētialia magis inueniatur expressiua: tamen quo ad exitū vnius persone ab alia:ꝛ quantum ad modum processionis donorum a deo ꝛ effectus ipsorum. potest etiā in ignobiliorib creaturis similitudo conuenientior attendi: sicut fecunditas in columba:ꝛ locutio in lingua.ꝛ hoc oportuit per missionem visibilem significari. Uel dicēdum ſm Diony.5.ca. ce. hiera. ꝙ inferiores creature eoipso quo magis distāt a participatione diuinarum personaruz cōuenientꝰ per ea diuina manifestantur vel significantur: qz non potest ex hoc aliquis error prouenire:ꝓpter manifestam distātiam eorum a diuinis: qui error posset contingere si per nobiles creaturas diuina significarentur: de facili enim posset aliquis errare credens aliquod numen esse in stella vel in aliqua nobiliori creatura.¶ Ad tertiuz dicēdū ꝙ columba illa non fuit verus ꝛ naturale animal:sed tñ similitudo columbe visibiliter ostēsa in aliqua materia ad hoc preparata. Unde etiaz peracto officio in pristinā materiam est reuersa. Nec fuit ibi aliqua fictio:quia illa similitudo columbe non ostēdebatur ad manifestandū aliquaz veritatem in ipsa columba: sed ad manifestandas ꝓprietates inuisibilis missionis. Et ideo non fuit ibi falsitas signi:quia signatum respondebat signo:ꝛ res similitudini:sicut aliquis loquēs per metaphoricas locutiones non mētitur.non enim intendit sua locutione ducere in res que per nomina significantur: sed magis in illas quarum ille res significate per nomina similitudinē habent:ꝛ similiter de igne.Sz natura visibilis in qua filius apparuit assumebatur ad esse ꝛ non tñ ad signum: Et ideo oportuit ꝙ verum esse hominis haberet.¶ Ad quartum dicēdum ꝙ species ille in quibus spiri.sanctus apparuit significant affectus spi.sancti ſm quos spi.scūs dicitur multiplex:quāuis substantialiter sit vnus vt dicitur Sap.7.Et ideo ſm plures spēs apparuit ꝛ pluries. Sed qz natura visibilis in qua filius apparuit assumpta est ad esse vnum in persona fily dei: sicut est vnuz eē ꝑsone:ita ē vna tñ talis missio.¶ Ad vltimū dōm ꝙ apparitio sub aliena spē que includit in missione visibili non competit nisi eo ꝙ nō habz spēz per quā corporaliter videri possit. Missio aūt visibilis vt dictum est non ōbuit esse ante tp̄s gratie:tēpus aūt gratie incepit qñ filius dei

carnem assumpsit. Et q2 inseparabil'r assūpsit iō tpe quo cōuenit fieri visibilē missionē semp hz spēm visibilē p/ptiā in q̄ videri pōt. vñ nunq̄z petit sibi missio visibilis nisi vna q̄ est in nā assūpta. Quare aūt spi. sanct⁹ nām nō assūpserit in vnitatē persone q̄retur in tertio.

¶ Utrum species missionis visibilis sint formate ministerio angelorum. IIII.

AD quartum sic ꝓceditur. vī q⁹ ille spēs visibiles ministerio angelo2 formate nō sint. Dicit. n. Aug. 3. de tri. q⁹ fmones dei in no. te. non p angelos fz per ipm deū facti sunt. g̃ illa locutio siue ille son⁹ q in nouo testō factus ē. hic est fi. me⁹ di. nō ē p angelos formatus 7 eadē rōne nec alia q̄ ad missionē pertinēt visibilem. ¶ P. corpori qō p angelus formaī vnī angelus sic motor mobili. si igit ille spēs per angelos formate sunt: tūc sunt corpora assumpta ab angelis. g̃ in eis nō dicetur mitti diuina ꝑsona sed angelus. ¶ Itē sic visibilis missio filij facta est per corp⁹ assumptum. ita missio visibilis spūs scī per hȝ spēs. Sed corp⁹ xpi assumptū angeli nullo mō formauerūt. g̃ nec spēs illas visibiles.

Contra Hrego. 3. moraliū loquēs de illa voce q̄ pr̄ rīdit filio: 7 clarificaui 7 clarificabo. Joā. 12. ita dic̄. Nimirū de celestib⁹ loquēs vba sua q̄ ab hominibus audiri voluit rōali administrāte creatura formauit: 7 eadē rō est de alys. g̃ vī q⁹ oēs administrate sunt p angelos. ¶ Itē fm Dio. Nec ē lex diuinitatis vt vltima a primis p media ꝓficiant: fz angeli sūt medij iter deum 7 creaturā corporalē. g̃ vī q⁹ operatiōes q̄ fiunt in corpora les creaturas fiant ministerio angelo2.

Respondeo dom q⁹ in B ē duplex opio. Quidā dīt q⁹ i B dīnt missiones noui testamēti ab apparitiōib⁹ veteris testamēti: q⁹ appitiones vetesta. facte sūt p angelos vt scī cōiter volūt. missiones aūt no. testa. facte sūt īmediate p dīnas ꝑsonas. Quapp in illis spēb⁹ dīne ꝑsone mitti dīr 7 nō angeli. ¶ Alij dicunt ecōtrario q⁹ vtrūq̄z angelo2 ministerio pfectū ē. Ur̄ ät q⁹ vtriq̄z q̄tū ad aliqd vez dicāt. In vtroq̄z. n. s. apparitiōe ve. testa. 7 missiōe visibili ē duo ꝓsiderare. s. illud qō exteri⁹ apparet: 7 aliqd qō iteri⁹ efficīt vel fcm̄ signaī: fz tm̄ diuersimode: q2 in apparitiōe ve. testa. illud exterius apparēs nō referī vt signū ad illud qō iterius est: sed ad aliqd aliud: sicut ad signādū trinitatē vel aliquid hȝ. vñ illud qō iteri⁹ est nihil aliud est q̄ ipsa cognitio vel illuminatio aīe de reb⁹ q̄ per signa exteriora significanī. Et q2 illuminationes dīne descēdūt in nos fm Diony. per angelos iō ministerio angelo2 in illis apparitiōib⁹ vtrūq̄z factū ē. s. 7 qō exterius ē: 7 qō iteriꝰ: 7 iō nullo⁹ est ibi missio dīne persone q̄ tm̄ attendīt fm īmediatū effectuz ipsi⁹ persone diuine. In missione aūt visibili illud qō exterius apparet est signū eius qō interi⁹ est factū: vel tūc vel pri⁹. vnde iterius nō ponīt tm̄ aliqua cognitio: fz aliquis effectus gratie gratū facientis q̄ est īmediate a diuina persona: rōne cuius diuina persona mitti dicīt. Uñ in missione visibili illud qō est interi⁹ īmediate sine ministerio angelo2 effectū est: ꝑpter qō rōne illius effectus persona diuina mitti dr̄. sed quātum ad id qō est exteri⁹ angeli ministeriū hūt vt Hrego. dicit.

Ad primuz igit̄ dom q⁹ Aug. loqtur de sermone quē filius dei in corpore assūpto ꝓtulit: quē cōstat īmediate a deo esse ꝓlatū. ¶ Ad 2um dom q⁹ q̄tuis angelus bēat opationē in creatura exteri⁹ appente nō tm̄ hz in effectu iteriori: 7 iō rōne ei⁹ ꝑsona dīna mitti dr̄. Nec ē icōueniens vt ꝑsona dīna sil' 7 angelus mittaī. ¶ Ad tertiū dom q⁹ corp⁹ assūptū ē vnitū ipsi ꝑsone diuine vnione ad vnū esse ꝑsonale. Uñ nō decuit pp suam dignitatē vt nō a deo formareī. non aūt similis rō est in alys. ¶ Ad 4m dom q⁹ dcm̄ Hre. referēdū ē tm̄ ad illō qō exteri⁹ ē: 7 nō q̄tū ad iteri⁹ signatū. ¶ Ad 5m dom q⁹ dcm̄ Dio. hz vitatē in effectib⁹ q a creatura pūt cē. nō aūt talī effect⁹ ē grā: 7 iō q̄tū ad iteri⁹ qō ē in missiōe visibili āgeli nō hūt operationē: sed solū q̄tū ad exterius.

¶ Expositio textus.

SEd etiam mioraī paulo min⁹ ab āgelis.) ¶ Sz ō ē qō dr̄ i glo. Heb. 5. Nā hūana quā fili⁹ dei assūpsit nihil meli⁹ est nisi solus de⁹. ¶ Sz dom q⁹ dr̄ minoratus fm gd. s. pp corporis passionē. nō aūt ꝑpter nature assumpte iferioritatē q̄tū ad illud īdiuiduū in q̄ ē assumpta: q̄uis nō vlr sit verū de humana nā q⁹ angelis nō sit inferior. (Hyla. aliter dicere vī.) Uidetur B cē impoſe. q2 magis 7 minus relatiue dicunī. g̃ si pr̄ ē maior: fili⁹ est minor. ¶ Ad qō quidā dicūt q⁹ pr̄ dr̄ esse maior filio: q2 plures habet notiones: nec tamen filius est minor: quia vna notio patris. s. innascibilitas nō habet correspondētem notionem in filio ex qua filius minor dici possit: sed hoc nec ꝓprietas locutionis admittit. Tum q2 fm relationes non attēditur equalitas vel inequalitas. vt infra ex verbis Augustini habebiī. Tuz quia ex pluribus ꝓprietatibus nulla res maior dicīt: sed ex maiori quātitate. Est etiam ꝓeter intentionem Hylary. Ut verba sequentia ostendunt. ¶ Et ideo aliter dōm est q⁹ dans 7 recipiens possunt cōparari dupliciter: vel quātum ad id qō datur: vel quātuz ad rationem dationis. Si ꝑmo modo sic dans aliquādo inuenitur eo maius cui dat. quādo. s. non tm̄ recipit recipiens quātuz est in dante: 7 aliquādo equale quādo tantūdem recipitur. sicut etiā in generatione vniuoca: nunquā autez dans potest esse minus. ¶ Si autez cōsiderentur secūdo modo: sic dās ex eo qō daī habet dignitatē quādam: sed accipiens nullam īperfectionem habz ex B qō accipit: nisi imperfecte accipiat: 7 ideo si comparemus patrem ad filium quātum ad id qō filio a patre datur. neq̄z pater maior neq̄z filius mior dicitur. ¶ Si autez quātum ad rationez dationis: sic dignitas dantis patri non subtrahitur: ratiōe cuius maior dicitur: vt maior magis sonet perfectionez dignitatis q̄z comparationez magnitudinis. Sed quia filius perfecte recipit quicquid pater habet: nulla minoratio sibi conuenit: 7 ideo etiam nullum nomē minorationis filio potest cōuenire. Et quāuis patri attribuatur auctoritas a sanctis: tamen filio non attribuiī subauctoritas: sed est per abusum loquentiuz ꝓesumptū. 7 hoc sonāt verba Hyl. dicentis. Qr maior est donās: sed non est minor cui vnuz esse donatur. (Innascibilitatis) Sic expone. Lui. s. filio pater. Impartitur. i. dat esse. Imaginem innascibilitatis idest sui innascibilis. Et hoc sacramēto natiuitatis. idest sacra 7 secreta natiuitate.

¶ De missione spiritus sancti qua inuisibiliter mittitur. Distin. XVII.

IAm nūc accedamus ad assignādā missionē spūs scī qua inuisibil'r mittitur i corda fideliū. Nā ipse spi. sāctus q deus est ac tertia i trinitate persona vt supra ostensuz est a pr̄e 7 filio ac seipso tēporal'r ꝓcedit. i. mittīt ac donatur fidelibus: sed q̄ sit ista missio siue donatio. vel quō fiat cōsiderandum est.

¶ Premittitur qddā ad hanc ostensionem necessarium. s. q spūs scūs est charitas qua deuz diligimus z proximum.

Hoc aūt vt itelligibili⁹ doceri ac pleni⁹ ꝓspici valeat ꝑmittēdū est qddam ad hoc valde necessariū. Dictū qdē ē supra z sacris auctoritatib⁹ ostēsuz q spūs scūs amor est pris z filij quo se inuicē amāt z nos. His aūt addēdū est q ipse idē spi. scūs ē amor siue charitas q̄ nos diligim⁹ deū z ꝓximū: que charitas cū ita ē in nobis vt nos faciat diligere deū ac ꝓximū. tūc spi. scūs dr̄ mitti ac dari nobis: z q diligit ipam dilectionē qua diligit ꝓximum in eoipso deū diligit: qz ipsa dilectio de⁹ est. i. spiritus sanctus.

¶ Auctoritatibus ita eē cōfirmat.

